Wulsch

"Per"
in
Livy

PARENTIBUS DILECTISSIMIS

PIO GRATOQUE ANIMO

AUCTOR.

Praefatio.

Cum ad syntaxin linguae Graecae et Latinae accurate constituendam diligentius oporteat inquiri in singulorum scriptorum elocutionem atque inde haud pauca etiam ad textum emendandum effluant, hac aetate multi talibus studuerunt quaestionibus. Atque ego quidem aliquamdiu in Livii libris versatus hac in dissertatione tractandum mihi proposui praepositionis „per“ qui apud illum scriptorem invenitur usum. Et primum quod de Livianis praepositionibus nullum continuum extat opusculum nec satis auxilii praebet glossarium ab Ernestio conscriptum et a Schaefero locupletatum aut Kuehnastii in aliis quidem rebus praeclarus atque utilis liber, qui inscribitur: Hauptpuncte der Livian. Syntax (zweite verm. Bearbeitg. Berlin 1872), deinde quod in accuratiorem disceptationem tres tantum, ni fallor, praepositiones „de“[1]) et „a“[2]) et „ante“[3]) vocatae sunt, inutilem aut inanem laborem in me suscepisse non existimo ac spero aliquid fructus commodique ex hoc opusculo capi posse.

Quod autem consilium et quem ordinem in conficiendo hoc libello sim secutus, paucis exponendum est.

Summa qua poteram cura collegi et infra proponam omnes locos, quibus sola praepositio cum casu coniuncta invenitur, omittendos censui omnes, quibus praepositio cum verbis est composita. Nam etsi omnia ea verba in usum meum congessi, tamen propter nimiam materiae copiam atque abundantiam hic praeterire ea constitui confisus alio loco me posse de iis disserere. Huc etiam addo me plane assentiri iis praeceptis, quae

[1]) Loewe: disquisitio de praepositionis „de“ usu apud L. progr. Grimmens. 1847.

[2]) J. E. Ellendt: de praepositionis „a“ cum nominibus urbium iunctae apud Liv. maxime usu Koenigsb. 1843.

[3]) Hildebrand: progr. Dortmund. 1868.

(Pott p. 467). Qua ex notione ceteras omnes oriri supra dixi; ceterum etiam, ut recte monet Hensellius (p. 4), variarum eius diversarumque cum aliis vocabulis coniunctionum ratio habenda est.

2.
De collocatione praepositionis apud Livium.[4])

Fere idem atque illorum locorum, quibus praepositio juxta accusativum invenitur posita, numerus est eorum, quibus praepositio a casu suo genitivi forma separatur, cuius quidem usus tam noti tamque vulgaris exempla afferre supervacaneum esse censeo.

Deinde inter praepositionem et substantivum illi adjunctum Livius interdum ponit aliquod adverbium, quod adjectivum juxta collocatum accuratius denotat; reperi autem haec exempla: IV 11, 6: per minime populare ministerium (ubi Hertzius legit „praeter“ minime pop. min.) XXVII 18, 18: p. tam iniquum locum XXVIII 20, 3: p. inaequaliter eminentia rupis. XXXVIII 4, 8: p. nondum commissa inter se munimenta. 19, 4: p. tam ardua atque iniqua loca. — Hic addo unum locum, ubi praepositio, quamquam accusativus eam sequitur, tamen usitatae verborum collocationi non respondet: XXII 50, 9: „ferro atque audacia via fit quamvis per confertos hostis,“ ubi potius expectatur „p. quamvis confertos hostis.“ Quocum loco Weissenbornius comparat: II 51, 7: quod inopia frumenti quamvis in praecipitia ... agebat consilia; VII 2, 13: quam ab sano initio res in hanc ... insaniam venerit (cf. XXI 49, 11; II 32, 12).

Tum apud Livium extant octo loci, quibus occurrit vocabulorum conjunctio „perque“[5]). Quae quidem in prosa oratione valde rara est, ubi suffixum „que“ vocabulo a praepositione dependenti iungi vulgo solet, ut XXIV 24, 8: singula deinde, quae per quosque agerentur ... ante oculos posuit; XXXIV 3, 1: recensete omnia muliebria iura, quibus licentiam earum adliga-

---

[4]) Cf. Kuehner: Ausführliche Grammatik der lat. Sprache II (1), Hannover 1878 p. 424 sqq. Neue: Lat. Formenlehre II² p. 789 sqq.

[5]) Cf. Woelfflin: Livian. Kritik u. Livian. Sprachgebrauch, p. 13 sq. Draeger: Histor. Synt. II p. 33.

verint maiores vestri per quaeque subiecerint viris. (Plura exempla reperire non potui.) Loci autem, quos reperi, sunt: I 49, 5: perque eam causam; ibid. § 9[6]): perque eas nuptias; III 6, 7: perque omnia; V 36, 7: perque totam aciem ... signum datum est. XXI 11, 9: perque patentia ruinis 14, 2: perque ruinam. XXI 49, 8: perque omnem oram. XXIII 14, 13: perque agrum Saticulanum (cf. Madv. emend.² p. 319 not. 1).

Anastrophae, quam dicunt, formam omnino rarissime in praepositione „per" adhibitam (cf. Hand: Turs. IV p. 448, 21) nusquam Livius usurpat neque etiam nisi duobus his locis: „praef. 5: tot p. annos; V 21, 7: tot p. dies" ponit praepositionem inter adjectivum et insequens substantivum, qua positione Tacitus in historiis et annalibus teste Hensellio (p. 6 sq.) haud raro utitur.

Jam vero **anaphoram**[7]), qua scriptor narrationem celerius producit ac vivaciorem elegantioremque reddit, novies noster adhibuit: II 32, 7; VIII 30, 6. IX 3, 1; 39, 8. X 19, 21. XXX 12, 13. XXXVII 39, 4. XXXVIII 10, 3; 23, 1.

Postremo nonnulla addenda sunt ad eam praepositionis collocationem, quae est in enuntiatis obtestationem aliquam vel jusjurandum continentibus[8]). Ibi enim Graeco more iam apud Plautum[9]) haud raro praepositio a casu suo pronominibus discernitur personalibus, aut eo pronomine quod significat orantem vel obtestantem vel jurantem, aut eo, quod personam orandam, aut simul ambobus. Quam tertiam rationem Livius sequitur hoc uno loco: XXIII 9, 2: „per ego te", inquit, „fili, quaecunque iura liberos iungunt parentibus, precor quaesoque, ne ... velis (ceterum conferas Weissenborn. ad h. l.) Hic adnotandum est Gronovium coniecisse in libr. XXIX 18, 9: „per, vos, fidem vestram" (sc. oro), ubi lectio vulgata atque codicibus bene confirmata est: „p. vos fidemque vestram", et in libr. XXXX 9, 7: „per, te, patrium nomen ... precor," quo loco librorum scriptura

---

[6]) Hunc locum omisit Draeger (l. l. p. 33).

[7]) Drager (hist. S. II p. 207) accuratius anaphorae usum apud Livium tractans nullum praepositionis per exemplum attulit.

[8]) Obbarius in Philolog. V (1850) p. 145 sqq., Hand: Turs. IV 440, 5. Kuehnast: p. 317.

[9]) Vid. Holtze: synt. prisc. script. Lat. II p. 219.

est: „p. te patriumque nomen ... precor." Hertzius et Weissenbornius illas conjecturas, quas in textum recepit Madvigius, non probarunt atque ego quoque iis assentior, cum non intellegam, cur illi loci sint mutandi (cf. Weissenbornii adn.). Commemorandum denique est Kuehnerum (l. l. p. 425), ubi de omissione verborum orandi obtestandique ad praepositionem pertinentium loquitur, duo exempla afferentem hanc miram proposuisse interpunctionem: „Cic. pr. Plancio 42, 103: nolite, judices, per, vos, per fortunas, p. liberos vestros, inimicis meis dare laetitiam (d. i. obtestor vos, per f.); Sall. Iug. 14, 25: p., vos, per liberos atque parentes vestros ... subvenite misero mihi." At qua ratione illud „per" ante „vos" solum positum explicandum est? Valde ego dubitaverim, num possit omitti accusativus, quem praepositio postulat, neque ullum scio locum, quo Kuehneri sententia affirmetur. Quam ob rem doctum illum virum errasse ac vulgatam interpungendi rationem tenendam esse arbitror.

3.
De permutatione praepositionis „per" cum aliis praepositionibus aut cum nudo ablativo.[10])

Dictionis variae elegantisque studiosus item atque alii scriptores Livius varias similium significationum praepositiones inter duo enuntiati membra distribuit: velut in c. Acc. — ad (IV 56, 4. VI 8, 4.); inter .... ad (VI 34, 5), adversus ..... contra (IV 18, 5. V 8, 9), de .... pro (XXI 41, 14 ubi cf. Fabri) et al., atque id plerumque in enuntiatorum membris inter se oppositis. — Commutatur autem „per" apud Livium primum cum praepositione in c. Abl. conjuncta, ut VI 9, 11: magna caedes fugientium et in urbe et per agros est facta; XXXX 37, 3: decemviri supplicationem ... in urbe et per omnia fora conciliabulaque edixerunt; deinde cum „inter" veluti XXII 16, 4: Poenus inter Formiana saxa ac Literni arenas stagnaque et per[11]) horridas

[10]) Cf. Woelfflin; Livian. Krit. p. 12 ad XXII 8, 3.

[11]) Ita legi velim cum Woelfflino (in edit. Teubner. comment. Germanico instructa) et Madvigio (emend. Livian.² II p. 293 not. 1). Codicis Puteanei lectionem: inter ... et perhorridassitu|ashibernaturusesset Weissenb. emendare primus studuit coniectura: „inter ... et

silvas hibernaturus esset XXVII 31, 1: p. dies festos licentius quam inter belli tempora remittente animum; denique cum „ad" ut: XXIII 26, 8: simul et ad castra tumultus erat et per agros fugaque et caedes.

Multo tamen crebriores ii loci sunt, quibus praepositio „per" et nudus ablativus inter se iunguntur. Ac statuendum est praepositionem „per" in omnibus quas habet significationibus commutari apud Livium cum ablativo, cujus usus nunc aliquot exempla afferam. Permutatur autem cum nudo ablativo praepositio posita:

a) **notione locali:** XXVI 10, 1: porta Capena cum exercitu Romam ingressus media urbe per Carinas Esquilinas contendit (ubi v. Weissenb.) XXVII 23, 7: supplicatum per compita tota urbe est. XXXVIII 13, 7: Maeander .... media urbe decurrens per Caras[12]) primum, deinde Jonas in sinum maris editur. XXXIX 15, 6: Bacchanalia tota iam pridem Italia et nunc p. urbem etiam multis locis esse.

b) **notione temporali:** XXI 2, 1: his anxius curis ita se Africo bello ... per quinque annos, ita deinde novem annis in Hispania augendo Punico imperio gessit.

c) **notione instrumentali:**[13]) I 47, 10: non interregno inito, — non comitiis habitis, non per suffragium populi, non auctoribus patribus — regnum occupasse; II 42, 10: nunc extis nunc p. aves consulti VII 13, 5: quam p. pavorem amiserant, patriam ... virtute recuperavere; ibid. 30, 17: sed vos potius, Romani, beneficio vestro occupate eam, quam illos habere per maleficium sinatis.

---

perhorridas silvas hibernaturus esset. Recte fecit W. silvas ex „situas," sed falso retulit „perhorridas et q. s. ad praepositionem „inter," cum Hannibal, ut rectissime Madvigius monet, inter silvas non hibernaturus esset. Separanda igitur est praepositio „per" ab adiectivo „horridas" et locus ita, ut Woelfflinus l. c. proposuit, explicandus.

[12]) Hic adnotandum est Livium, quamquam haud raro nudum ablativum ita usurpat, ut aliquid per locum effundi significet, tamen nunquam eum usum ad populorum nomina — quae pro terris ab illis incultis saepe apud eum extant — transferre, sed iis populorum nominibus semper adiungere praepositionem „per". (Cf. Fabri ad XXI 38, 5.)

[13]) Cf. Draeger: histor. Syntax, 1878 I² p. 604.

d) **notione modali:** X 35, 14: ut fame potius p. ignominiam, quam ferro, si necesse est, per virtutem moriamur; XXXI 46, 8: magis p. occasionem .... quam aperta vi quicquam ausurus XXXII 8, 8: multa dolo, pleraque per vim audebantur XXXVIII 14, 14: nunc p. cavillationem, nunc precibus et simulatis lacrimis, ad centum talenta est productus.

e) **notione causali:** II 24, 5: neque patribus satis decorum per metum potius quam postmodo voluntate adflictis civium suorum fortunis consuluisse. XXVII 16, 6: Bruttii quoque multi interfecti seu p. errorem seu vetere in eos insito odio, seu ad proditionis famam .... extinguendam.

Quibus praemissis ad ipsam materiam [14]) quam mihi proposui tractandam accedam atque agam in capite I. de praepositione „per" locali sensu posita.

---

[14]) Disseruerunt de praepositionis „per" usu universo hi maxime viri: Kuehner: Ausführl. Lat. Gramm. II (1) p. 404 sqq. Draeger: histor. Syntax 1878, I² p. 602—608. Hand: Tursellinus IV p. 429—448. Kuehnast: Livian. Syntax p. 365.

Caput I.

„Per“ notione locali positum.

§ 1.

De praepositionis per localis genuina significatione.

Ex praepositionis vi antiquissima, de qua iam supra dixi, efficitur, ut plerumque a verbi movendi dependeat ac substantivis aut adjectivis vel participiis neutrius generis localem notionem continentibus iungatur, rarissime autem deest verbum movendi, qui usus a Taciti demum temporibus crebrior apud scriptores fieri solet. Ex Livio hunc unum locum ego in promptu habeo: XXXVI 7, 15: si eo exercitu, quem secum habet, per Thraciam proxima Macedoniae coeperit depopulari. Cf. Kuehnast p. 278. Contra saepissime apud Livium a nudis substantivis pendent praepositiones cum casibus suis maximeque ab iis, quibus insit verbalis quaedam significatio; itaque Livius cum substantivis, quae motum exprimunt, coniungit praepositionem „per“ ut I 29, 2: cursus per urbem; IX 5, 8: proponere sibimet ipsi ante oculos iugum hostile .... et p. armatos inermium iter, inde foedi agminis miserabilem viam p. sociorum urbes (ubi expectabis iter et viam, quae fert = ferentem per ....); 43, 26: viae p. agros publica impensa factae. XXI 21, 10: terrestri p. Hispaniam Galliasque itinere XXIV 46, 3: infrequenti via p. desertam partem urbis (ubi v. H. J. Müller in ed. Teubner comment. Germ. instr. 1878); XXXIX 44, 7: viam p. Formianum montem .... emit XLIV 2, 6: aliis p. Pythoum placebat via, aliis per Cambunios montes.

Occasione data hic est admonendum praepositionem „per“ ut locali sensu ita temporali, instrumentali modalique sensu

usurpatam haud raro apud Livium pendere a nudo substantivo — exempli gratia affero: XXIV 34, 13: cura per multos annos = vieljährige Sorge, I 56, 9: per ambages effigies = rätselhaftes Bild.) — et talibus in exemplis cum casu suo coniunctam nudo illi substantivo quasi attributi loco adiectam esse. (cf. Fabri ad XXI 21, 10; Kuehnast. p. 54 sq.)

Nunc vero omnes eos locos, quibus extat illa praepositionis vis antiquissima, enumerabo ac primum quidem sub numero

1) eos, quibus praepositio coniungitur cum **terrarum populorumque nominibus.** II 34, 3: dimissis passim ad frumentum coemendum, non in Etruriam modo dextris ab Ostia litoribus laevoque p. Volscos mari usque ad Cumas. III 7, 3 transversis itineribus p. Labicanos agros in Tusculanos colles transirent. V 16, 5: p. agrum Caeretem ... egressi. VIII 6, 8: p. Marsos Paelignosque profecti. IX 2, 6: duae ad Luceriam ferebant viae, altera ... altera p. Furculas Caudinas. 17, 17. 38, 7: protinus inde Etruriam p. Marsos ac Sabinos petituri. X 14, 4: Fabius p. Soranum, Decius p. Sidicinum agrum in Samnium legiones ducunt. 20, 1: p. Vescinos in Campaniam Falernumque agrum transcendunt. 30, 2: Samnitium agmen cum p. Paelignum agrum fugeret.

XXI 21, 10: dum ipse terrestri p. Hispaniam Galliasque itinere Italiam peteret (v. supra p. 13) 31, 9: inde p. extremam oram Vocontiorum agri tendit in Tricorios; 38, 7:[15]) qui ambo saltus eum non in Taurinos sed per Salassos montanos ad Libuos Gallos deduxissent.

XXII 8, 5: nec p. occupatam armis Punicis Italiam facile erat aut nuntium aut literas mitti. 9, 1: Hannibal ... p. Umbriam usque ad Spoletiam venit; 13, 6: per Callifanum Allifanumque et Calenum agrum in campum Stellatem descendit (v.

---

[15]) „per Salassos montanos“ plurimi editores scripserunt secuti Lipsium, qui ex codicum lectione: „per saltus (saltos) montanos“ conjecit illud: p. Sal. m. Madvigius autem (in emendat.² p. 270) hanc proposuit coniecturam: „p. alios montanos“, quia nomen appellativum „montanos“ non aptum esset ad Salassos; sed ego assentiendum esse puto Weissenbornio dicenti esse verisimile Livium, ut Taurinorum et Libuorum Gallorum ita etiam Salassorum nomen hic accuratius attulisse.

Madvigii emend. L.[2] p. 292); 18, 6: tum p. Samnium Romam se petere simulans; 12, 1: p. agrum Sabinum Tibur venit; 16, 5: cum p. Casilinum evadere non posset; 31, 7: ipse p. Siciliam pedibus profectus freto in Italiam trajecit. XXIII 1, 5: ipse p. agrum Campanum mare inferum petit. 14, 13: perque agrum Saticulanum Trebianumque super Suessulam per montes Nolam pervenit (v. ad. h. l. Weissenb. et Madvigii emend. Livian.[2] p. 319 not. 1); 33, 5 p. Apuliam petentes Capuam. XXIV 21, 7: travecti p. Tycham. XXVI 9, 2: p. Suessanum Allifanumque et Casinatem agrum via Latina ducit. 9, 11: p. Frusinatem Ferentinatemque et Anagninum agrum in Labicanum venit; 10, 1: media urbe p. Carinas Esquilias contendit; 25, 4: p. Pelagoniam et Lyncum et Bottiaeam in Thessaliam descendit XXVII 2, 12: p. Apuliam ducti exercitus; 30, 7: p. Thessaliam Boeotiamque Chalcidem Euboeae venit; 32, 11: p. Achaiam Boeotiamque et Euboeam decumis castris Demetriadem in Thessaliam pervenit; 43, 10: praemissi . . . p. agrum Larinatem. XXVIII 7, 16 p. Boeotiam Megara atque inde Corinthum descendit; 8, 10: copias p. Boeotiam terra duci jussit. XXIX 2, 2: p. agrum Ausetanum . . . ad sedem hostium pervenere; XXX 45, 2: ipse p. laetam pace non minus quam victoria Italiam . . . . Romam pervenit.

XXXI 2, 6: hac tumultuaria manu p. Umbriam, qua(m) tribum Sapiniam vocant, agrum Boiorum invadere jussit (v. Madv. emend. L.[2] p. 462); 22, 6: quae p. Megara(m) incursiones in agros fieri solitae erant. 24, 3: p. Boeotiam Athenas ducit. XXXII 4, 3: p. Lamiam eunti; 5, 9: in Chaoniam p. Epirum . . . misit; 9, 8: an . . . per Dassaretios potius Lyncumque tuto circuitu Macedoniam intraret; 23, 4: traducto p. Isthmum exercitu; 23, 11: eo Philocles . . . . milites p. Boeotiam duxit; XXXIII 1, 1; profectus p. Phocidem quinque milia ab Thebis . . . posuit castra; 14, 11: p. Phliasiorum fines nocte Cleonas . . . pervenit; 37, 1: consul p. tribum Sapiniam in Boios venit. XXXIV 48, 1: p. Boiorum Ligurumque agros populantem isse; 50, 10: p. Thessaliam atque Epirum ducere Oricum iubet; 52, 1: p. Epirum Oricum . . venit; § 2: inde p. totam Italiam ad urbem prope triumphantes . . . . venerunt. XXXV 13, 4: p. Ciliciam . . . Ephesum pervenit; 22, 3: Quinctius p. Ligures in Boios venit; 46, 3: profectus p. Phocidem est. XXXVI 7, 15: si . . . p. Thraciam

proxima Macedoniae coeperit depopulari. 10, 10: p. Macedoniam .. in iugum montium ... pervenit; 11, 7: qui p. Maliacum sinum veniebant; 15, 9: iugum ... p. Aetoliam ad alterum mare orienti obiectum tendens; 20, 1: consule p. Phocidem et Boeotiam exercitum ducente; 31, 11: ut p. Athamaniam ducere exercitum in superiorem partem Aetoliae liceret; 33, 6: milites p. Macedoniam Thraeciamque .... Lysimachiam deducti sunt. XXXVII 5, 4: ab Heraclea p. Oetam exercitus eo deductus; 6, 1: p. Epirum ac Thessaliam venire; 7, 7: ut p. Macedoniam Thraeciamque duceret in Asiam; 7, 16: inde non p. Macedoniam modo sed etiam Thraeciam ... ad Hellespontum perventum est; 21, 5: inde p. Thyatiram Sardis rediit: 33, 4: ingressi rursus iter p. Chersonesum Hellespontum perveniunt; XXXVIII 3, 11: his persuaserunt, ut p. Epirum duceret; 13, 7: Maeander ... p. Caras primum, deinde Jonas in sinum maris editur; 18, 4: duci inde exercitus p. Axylon quam vocant terram coeptus; 18, 8: Sandarius ex Adoreo monte p. Phrygiam fluens miscetur ad Bithyniam Tymbri fluvio; ibid.: maior iam geminatis aquis p. Bithyniam fertur. 40, 4: inde p. Chersonesum — agmen trahens Lysimachiae stativa habuit; ibid.: ut .. Thraeciam, p. quam iter vulgo horrebant, ingrederetur; 41, 9: hinc p. Abderitarum agrum Neapolim perventum est; § 10: hoc omne p. Graecorum colonias pacatum iter fuit; reliquum inde per medios Thraecas ... etsi non infestum, tamen suspectum. § 15: p. Macedoniam in Thessaliam exercitum traduxit. inde p. Epirum Apolloniam cum pervenisset; 49, 7: p. Thraciam saltus patentes; XXXIX 28, 8: non iter tantum p. regnum nostrum dedi, sed vias etiam munivi .... nec p. Macedoniam tantum, sed per Thraciam etiam; 34, 10: qui p. Epirum ad mare prosequerentur; 53, 15: ex Illyrico p. Paeoniam fluens. XXXX 24, 1: fuga p. Paeoniam praeparata; 33, 1: p. Carpetaniam ad Contrebiam ductae legiones; 47, 1: ut in Vaccaeos p. Lusitaniam iret Albinus; 57, 4: transitum p. Thraciam tutum; 57, 7: p. Scordiscos iter esse ad mare Hadriaticum.

XLI 22, 6:[16]) p. Phthiotidem Achaiam Thessaliamque sine

[16]) Verba: „sine damno e. q. s." recte mea quidem sententia Madvigius (emend. L.² p. 613) restituit ex codicis Vindobonensis: scriptura „sine dammo iniuriaq. * (lacuna extat) per quorum iter fecit, in reg * (lacuna) edit."

damno iniuriaque populorum, per quorum fines iter fecit, in regnum rediit. XLII 36, 6: neminem eorum p. Italiam ire liciturum; 40, 6: p. Thessaliam et Maliensem agrum ... Delphos isti; 55, 1: iter expeditum primo p. Epirum habuit XLIII 1, 4: p. Illyricum ducere legiones ... est conatus; 1, 7: profectum p. Illyricum in Macedoniam esse; 20, 1: p. Illyrici solitudines, quas nuper de industria (codex habet: quas per industria) populando Macedones fecerant, ... Scodram ... pervenerunt (v. Madvig. em. L.[2] p. 673) XLIV 1, 4: p. mediam Boeotiam ... Chalcidem ad classem contendit; 2, 6: aliis p. Pythoum placebat via, aliis p. Cambunios montes; 6, 5: duos enim saltus, p. quos inde evadere possent, habebant Romani, unum p. Tempe in Thessaliam, alterum in Macedoniam; § 6: neque receptus Romanis p. Tempe in Thessaliam; § 12: intercluso p. Tempe aditu. XLV 27, 6: p. Thessaliam Delphos petit; 28, 5: unde p. Megalopolim Olympiam escendit.

Ex his exemplis apparebit Livium terrarum nomina usurpare solitum iis tantummodo fere locis, ubi terrae nomen in lingua Latina non extabat, populi nomine usum esse aut pro eo vocabulum „ager" coniunctum cum adiectivo a populi nomine derivato libenter usurpasse. Longe autem aliter res se habet apud Tacitum, qui Woelfflino teste (in philol. 25, 116), etiamsi terrae nomen linguae non deest, tamen populi nomen adhibere solet. Deinde adnotandum est permultis quos enumeravi locis non solum dici, per quem locum motus permeet, sed etiam, quo pertineat, nec raro insuper addi, unde sit progressus.

2) Transeo nunc ad eos locos, quibus praepositio connectitur **cum aliis locorum nominibus** ac primum quidem afferam

a) eos, quibus occurrunt **substantiva** a praepositione „per" pendentia.

Numerum exemplorum huc spectantium tamque variorum non exiguum esse unusquisque scit, qui Livii libros cognitos habet. Quae his locis praepositionis notio sit, iam supra dictum est et hoc tantum mihi adiciendum, ne nimis materiam discerpam, hic me coniunctim allaturum per librorum ordinem eos locos, quibus praepositio idem valet ac nostra vocabula quae sunt „hindurch", „darüberhin", „über-weg" et al.

I 29, 2: cursus p. urbem. 56, 6: duos filios p. ignotas ea tempestate terras ... misit. II 47, 8: p. tota castra .. agit; 49, 3: p. urbem incessit. III 3, 10: cum aliquoties p. omnem hostium agrum populabundus isset; 28, 7: ne p. media sua castra fieret eruptio; 54, 10: armati p. urbem silentio in Aventinum perveniunt. IV 33, 11: alterum agmen fertur p. castra in urbem; 46, 6: castra ... p. aversam portam fuga turpi deseruntur; 61, 8: ab eo milites p. locum arduum accepti cepere (sc. arcem). V 16, 9: emissam (sc. aquam) p. agros rigabis dissipatamque rivis extingues; 28, 1: cum triumphantem albi p. urbem vexerant equi; 34, 7: circumspectarentque, quanam p. iuncta caelo iuga in alium orbem terrarum transirent; 34, 8: p. Taurinos saltus vallemque Duriae Alpes transcenderunt[17]; 46, 9: p. praeruptum ... saxum in Capitolium evadit; 55, 5: primo p. publicum ductae; VII 20, 6: transeuntis agmine infesto p. agrum suum; 34, 7. 34, 9: neque insequi consulem nisi p. eandem vallem .... possunt; 36, 1: vadentemque p. intermissa custodiis loca Decium secuti sunt; § 8: hic Deci castrensis triumphus fuit incedentis p. media castra. VIII 14, 10: quod p. fines eorum tuta pacataque semper fuisset via; 24, 13: p. medium amnem transmittit equum; IX 2, 7: campus ... p. quem medium iter est; § 8: p. alium saltum artiorem impeditioremque evadendum; § 9: in eum campum via alia p. cavam rupem Romani agmine demisso cum ad alias angustias protinus pergerent; 24, 11: acceptum ab uno pavorem plures p. urbem ferunt; 27, 4: p. aperta loca brevi circuitu in loca plana.... agmen demittunt; 43, 26: viae p. agros publica impensa factae. X 4, 8: cum p. media castra Romana tuto agere possent; 7, 10: curru aurato p. urbem vectus; 10, 3: duo exploratores p. cuniculum missi; 19, 21: p. vallum, p. fossas inruperunt; 24, 5: se aperuisse Ciminiam silvam viamque p. devios saltus Romano bello fecisse; 27, 8: cerva fugiens lupum e montibus exacta p. campos inter duas acies decurrit; 41, 6: ramos p. terram trahebant.

XXI 23, 4: postquam p. Pyrenaeum saltum traduci exercitus est coeptus; 24, 5: exercitum p. finis suos ... trans-

---

[17]) Ita est fortasse legendum cum Madvigio (emend. ² p. 144).

miserunt; 25, 11: dum p. patentia loca ducebatur agmen; 28, 7: ut beluae audacter velut p. solum ingrederentur; § 8: elephanti p. stabilem ratem tamquam viam .... acti; 32, 10: vim p. angustias facturus (den Engpasz forciren Wffl.); 37, 2: ad rupem muniendam, p. quam unam via esse poterat, milites ducti; 43, 9: tantum itineris p. tot montes fluminaque et tot armatas gentes emensos; 47, 4: Hannibalem p. superiora Padi vada exercitum traduxisse; 48, 9: p. hostium agros euntem; 61, 9: p. agros diffugere. XXII 2, 2: propiorem viam p. paludem petit; § 5: p. praealtas fluvii ac profundas voragines hausti paene limo inmergentesque se tamen signa sequebantur; 6, 6: p. prima vada paludis in aquam progressi; 12, 8: Fabius p. loca alta agmen ducebat; 14, 1: ager villaeque passim incendiis fumabant p. iuga Massici montis Fabio ducente; § 8: p. aestivos saltus deviasque callis exercitum ducimus; 15, 3: p. easdem angustias, quibus intraverat Falernum agrum, rediturum; 17, 7: toto agmine ... transducto p. saltum; 24, 8; simul et p. aversa castra[18]) e castris Hannibalis equitatus cum levi armatura emissus in frumentatores late caedem fugamque hostium palatorum fecit; 41, 7: impedimenta p. convallem medium agmen traducit (v. Alschefski ad h. l.). XXIII, 15, 5: dilapsi omnes, quocunque hospitia aut fortuitus animi impetus tulit, p. Campaniae urbes, maxime Nolam Neapolimque. XXIV 3, 10: qua p. aversas rupes ab Dionysio Siciliae tyranno p. dolum fuerat capta (sc. arx); 34, 3: muros p. inaequalis ductos colles; 35, 8: nocte p. intermissa custodiis loca profectus. XXV 3, 18: publicani p. vacuum [in] summoto locum cuneo inruperunt; 11, 17: via, quae .. p. mediam urbem ad mare transmissa est; 14, 5: p. fossam vallumque in castra inrupit; § 9: p. aequa atque iniqua loca ... pervadunt; 24, 2: quo p. ingentem solitudinem erat perventum. XXVI 4, 2: p. media Romana castra nocte egressus; 6, 10: elephanti p. media castra vadentes; 7, 2: p. castra eorum perrumpi ad Capuam posse. 8, 10: p. Appiae municipia quaeque propter eam viam sunt, Setiam,

---

[18]) Aut cum Weissenbornio lacuna statuenda est aut cum Madvigio (emend. ² p. 296.) fortasse legendum: p. aversa a (ab) castris Hannibalis equitatus (Romanus) ... emissus ....

Coram, Lavinium praemisit, ut ....; 9, 5: expeditum iter non per urbes modo ... erat; 46, 2: p. stagnum facilis transitus ... fuit. XXVII 14, 13: coacti erant milites p. fossam vallumque ruere in castra; 17, 3: unde p. continentia iuga tutus receptus ad Romanos esset; 18, 10: vallis, p. quam deferretur amnis; § 18: qui p. tam iniquum locum ... numquam evasissent; 29, 9: navibus p. fretum ... exercitu traiecto; 40, 10: p. extremum finem agri Larinatis ducentem in Sallentinos exercitum (v. Weissenb. et Madv. emend. [2] p. 398); 42, 4: decurrentium p. collis clamor; 46, 6: p. loca alta ducendo exercitum; 47, 9: alter p. vada nota Metaurum flumen tranavit; § 10: p. tortuosi amnis sinus flexusque cum ... haud multum processisset; 50, 9: hae literae p. forum ad tribunal praetoris latae. XXVIII 33, 11: ut p. collis quam occultissimo itinere circumducat equites; 33, 13: transeuntium p. colles equitum; § 14: duo equitatus p. longitudinem campi ... pugnabant. XXIX 28, 11: equites ... p. agros ... miserat praedatum; 34, 16: effuse fugientis p. triginta milia passuum victores secuti.

Cum ex his locis praepositionis usus, de quo hic agendum est, satis intellegi posse mihi videatur, reliquorum exemplorum quae huc pertinent locos tantum, quibus occurrunt, afferam adiecto solo substantivo, quocum coniuncta praepositio invenitur.

XXXI 2, 6 (p. montes); 2, 10 (p. saltus); 33, 4 (p. fines). XXXII 6, 3 (p. saltum); 6, 5 (vallem p. quam); 9, 8 (p. castra); 13, 1 (p. angustias); 17, 8 (p. locum); 17, 16 (p. aggerem). XXXIII 14, 11 (p. fines); 15, 4 (saltum, p. quem.); 32, 2 (p. maria); 37, 2 (p. loca); 37, 5 (p. saltus); 37, 6 (p. fines). XXXIV 27, 9 (p. vicos); 28, 2 (p. montes); 62, 10 (p. agrum). XXXV 4, 1 (p. fines); 11, 2 (p. saltum); 27, 16 (p. loca); 29, 3 (p. convallem); 29, 4 (p. intervalla ordinum); 34, 11 media urbe ac p. forum); XXXVI 12, 11 (p. urbis); 16, 6 (p. iuga); 19, 4 (vallis, p. quam); XXXVII 11, 6 (p. agros); 11, 10 (p. fauces portus); 39, 4 (p. fossas, p. vallum); XXXVIII 11, 2 (p. fines); 15, 1 (p. agros); 17, 16 (p. oram); 19, 4 (p. loca); 23, 2 (p. altitudinem); 29, 10 (p. arcem); 38, 2 (p. fines); 40, 7 (p. saltum); XXXIX 44, 7 (p. montem); 45, 6 (p. saltus); XXXX 27, 12 (p. saltus); 39, 2 (saltum ... p. quem); 51, 7 (p. fundum); 53, 1 (p. montes); XLI 21, 13 (p. caelum); 22, 5

(p. Oetaeos montes); XLII 16, 6 (p. Isthmi iugum); XLIV 5, 11 (p. saltum); 6, 5 (saltus, p. quos); 6, 8 (angustias p. quinque milia; v. Weissenb.); ibid: p. vallem; 6, 12 (montes, p. quos); 20, 2 (p. saltus); 35, 7 (p. ripam munitionesque); 35, 23 (p. devexum.... bracchium); 39, 9 (p. amnem); 46, 7 (p. pontem.); XLV 1, 7 (p. circum); 6, 4 (p. posticum aedium); 27, 8 (os specus, p. quod .... descendunt); 40, 6 (p. urbem). —

In omnibus his exemplis a me allatis praepositio pendens aut a verbo aliquo movendi vel eundi aut a substantivo, cui inest movendi vis ac significatio, coniuncta est cum substantivi alicuius forma; nunc

b) eos enumerabo locos, quibus „per" praepositum est **adiectivis aut participiis generis neutrius.**

Priusquam autem locos ad hunc praepositionis usum pertinentes proferam, ad ipsam rem nonnulla adnotari velim. — Participia et adiectiva neutrius generis et singulari et plurali numero collocata saepe a scriptoribus Latinis pro substantivis usurpantur, de quo loquendi genere notissimo bene agit Naegelsbachius (Lat. Stilistik für Deutsche, 5. Aufl. 1870. p. 64—77). Mea autem hoc loco nihil interest nisi ostendere, qualis sit usus praepositionis „per" cum adiectivis vel participiis neutruis generis coniunctae apud Livium[19]). Itaque paucis rem perstringere opus mihi est. Primum quod attinet ad adiectiva numero singulari posita statuendum est ea apud Livium raro cum praepositione „per" connecti atque ita plerumque, ut illa habeat notionem localem. Adiectiva pluralia neutrius generis persaepe a Livio usurpata maxime sunt ex secunda declinatione, rarius ex tertia. Denique huc accedunt participia praesentis verborum, quae vocant intransitiva, et perfecti passivi plane adiectivorum in modum usurpata. Praeterea juxta adiectiva pluralia et participia perfecti interdum invenitur vocabulum „pleraque", multo autem saepius „omnia", quibus additamentis efficitur, ut vis numeri pluralis augeatur atque confirmetur. (Ceterum conferas Weissenbornium ad XXVIII 42, 3 et Madvig. emend. [2] p. 729.) Locos autem, quibus iungitur praepositio

---

[19]) cf. Kuehnast p. 48 sqq. Draeger: hist. Synt. I [2] p. 50. 55 sqq.

„per" cum adiectivis vel participiis generis neutrius, per literarum illorum ordinem enumerare mihi liceat.

α) Neutr. Sing.

XLIV 28, 8: has naves p. **altum** ferri; XLV 6, 5: primis tenebris solverat navem ac p. altum Cretum petebat; XXXVIII 21, 3: signa peditum ut p. **arduum** leni gradu ducuntur; V 5, 5: vallum fossamque . . . p. **tantum** spatii duxerunt; XXX 35, 1: p. **aliquantum** spatii; 43, 2: eo pelli posse p. **proclive** facilius rati; XLII 66, 7: armatis deicientibus p. **praeceps** inpedimenta; XXXIII 9, 11: dum p. proclive pulsos insecuntur; XLIV 5, 3: p. proclive sumpto fastigio.

β) Neutr. Plur.

XXV 13, 14: deturbant nitentis p. **ardua** hostes; XXII 6, 5: p. omnia **arta praeruptaque** velut caeci evadunt; XXVII 18, 11: p. **aspera** primo .... iere; XXIV 34, 9: p. quae **cava** ... petebant hostem; XXX 6, 5: (flamma) dein p. **continua** serpens omnia incendio hausit; III 6, 7: perque omnia non praesidiis modo **deserta** sed etiam cultu agresti transirent; XLV 12, 2: p. deserta Arabiae ** ad Memphim incolebant; XXVIII 20, 3: qua p. inaequaliter **eminentia** rupis poterant, scandunt; 33, 6: circumvecti etiam quidam p. **infima** clivi ab tergo se ... obiecerunt; XXXVIII 20, 9: C. Helvium ... circuire p. infima montis (unten an-hin); XXVII 45, 7: p. **instructa** omnia ordinibus virorum mulierumque ... ibant; 39 7: p. **munita** pleraque transitu fratris ... ducebat; 18, 10: viam ... quae ab urbe p. tumuli **obliqua** in agros ferret; IX 35, 7: equites Romani praevecti p. obliqua campi; XXI 35, 7: p. omnia nive **oppleta** cum segniter agmen incederet; IX 13, 6: exercitus alter cum Papirio consule locis maritimis pervenerat Arpos p. omnia **pacata**; XXVII 17, 9: p. omnia pacata eunti; XXI 11, 9: perque **patentia** ruinis agmina armatorum in urbem vadebant; XXVII 18, 9: ut p. **praecipitia et praerupta** salientes fugerent; XXVIII 42, 3: expositos milites p. **tuta** omnia .... duxisti: sic recte, ut mihi quidem videtur, Madvigius (emend.[2] p. 412) emendavit codicum scripturam: expositos milites p. tutissima ..... duxisti.

c) Venio nunc ad eos locos, quibus praepositio „per" occurrit iuncta **viarum vocabulis.**[20])

Discerno iterum ea exempla, quae substantivum aliquod continent viam significans, ab iis, in quibus invenitur pluralis numerus adiectivorum ad vias pertinentium. Monendum tantum est Livium in dicenda via, qua motus locum aliquem permeat, non solum vocabula itinerum cum praepositione „per" aut „in" connectere, sed etiam nudo ablalivo uti, id quod, ni fallor, semper facere solet, cum viae proprium nomen est adiectum; exempla vide apud Draegerum (l. l. p. 524). Loci, de quibus hic agitur, sunt hi:

α) substantiva.

XXII 14, 8: p. aestivos saltus deviasque **callis** exercitum ducimus (cf. XXII 15, 10: prope inviis callibus .... profugerunt); XXXI 42, 8: summis montibus p. calles ignotas ... in Aetoliam perduxerunt; XXXVIII 2, 10: quidam p. notas calles breviore via praegressi; 40, 12: barbaris p. calles notas obcursantibus.

XXI 44, 8: quos sua terra, suus ager p. tuta ac pacata **itinera** fugientes accipient; XXVII 16, 2: dilapsi p. nota urbis itinera in suas amicorumque domus; XXXI 46, 15: p. apertum ruina iter ... Romani .. in arcem perruperunt (cf. XXVIII 33, 11: quam occultissimo itinere; XXXI 2, 6: aperto itinere; XXXII 9, 8 recto itinere); XXXII 24, 4: cohors Romana p. apertum recenti strage iter invasit; XXXIV 30, 7: p. patefactum ruina iter inrumpere; XXXV 30, 4: erat iter tale, p. quod vix tranquillum ab hostili metu agmen expediri posset; XXXVI 19, 10: qui ... p. ignota itinera fugerent.

XXXXI 14, 2: p. transversos **limites** superatis montibus (cf. XXII 12, 2: transversis limitibus).

XXVI 17, 8: ad evadendum p. artas **semitas**: XXXIX 20, 7: fugientibus p. silvestres semitas; XXI 63, 15: in Etruriam p. Appenini **tramites** exercitus duci est coeptus (cf. II 39, 3: transversis tramitibus).

I 26, 13: transmisso p. **viam** tigillo; II 23, 8: multis passim agminibus p. omnes vias ... in forum curritur; IX 15,

---

[20]) cf. Kuehnast p. 184. Draeger: histor. Synt. I ² p. 522 sqq.

3: insessis omnibus viis, p. quas commeatus ... subvehebantur; 24, 12: inrumpit et concursantes p. vias pavidos caedit; XXI 35, 3: elephanti sicut p. artas praecipites vias magna mora agebantur; XXII 42, 6: argentum quibusdam locis temere p. vias velut obiectum ad praedam vidisse; XXIII 17, 6: p. vias inviaque, qua quemque aut consilium aut terror tulit, in urbes Campaniae ... perfugerunt; XXIV 40, 9: milites procul a flumine p. viam minime ab regiis obsessam duxit; XXIX 2, 8; equites p. patentis in hostium acie vias permittere equos iubeat; XXXI 37, 11: p. vias inviaque trepida fuga in castra ... pervenit; XXXIV 2, 12: quid enim nunc aliud p. vias et compita faciunt; XXXV 30, 1: postquam citatum agmen p. angustam et proclivem viam duci raptim vidit; XXXVIII 23, 1: ruunt caeci p. vias, p. invia; XLI 21, 6: strages p. omnis vias insepultorum erat; XLIV 26, 9: p. viam quantum omnium praeparatam cura regis copiam inventuri forent [21]) ... Quibus locis adiungo hosce: XXIX 32, 5: p. **anfractus** montis ignotos sequentibus se eripuit; XXXVIII 45, 9: an p. omnes anfractus viarum .... Phrygiae recessus omnes atque angulos peragrasti? XLIV 4, 6: levis armatura etiam p. anfractus iugi procurrere .... poterat; — XXVIII 41, 8: quin igitur ad hoc accingeris nec p. istos (m) **circuitus** .... potius quam recto hinc itinere, ubi Hannibal est, eo bellum intendis et egregiam istam palmam belli Punici patrati petis? (v. Weissenb. ad h. l. et Madv. emend.² p. 411 sq.) (cf. IX 27, 4: brevi circuitu; XXXIII 37, 2 magno circuitu.) XXXVI 37, 2: boves duos domitos in carinis p. **scalas** pervenisse in tegulas. (cf. XXXVI 24, 6: partim scalis integros muros transcendere.)

β) adiectiva neutr. gen.

IX 24, 5: decem milites delectos secum p. ardua ac prope **invia** in arcem ducit; XXI 33, 4. XXI 35, 4: perventum est

---

[21]) Ita scripsit Weissenbornius et Grynaei et suam ipsius coniecturam secutus, sed propter miram collocationem, quam habet „p. viam", me applicare malim ad Madvigium (emend.² p. 697), qui codicis lectionem corruptam: „p. quem quantam .... copiam intuli forent" hunc in modum correxit: „p. quantam omnium praeparatam cura regis copiam ituri forent ....."

p. invia pleraque et errores; 36, 4: haud dubia res visa, quin p. invia circa nec trita antea .... circumduceret agmen; XXXVIII 2, 14: dispersosque et p. invia atque ignotas rupes iter fugae non expedientis partim ceperunt; XXXIX 2, 3: p. invia et rupes deruptas praecipitantes fugerunt; XXXXII 16, 1: cum unus non facile sequendo p. invia atque ardua moraretur fugam eorum; XLIV 4, 11: p. invia transgressurus; 5, 12: p. aeque invia ... degressi in campos.

XXI 34, 9: occursantes p. **obliqua** montani interrupto medio agmine viam insedere. (cf. V 16, 5: obliquis tramitibus; VII 15, 5: tendere obliquo monte ad castra; XLI 2, 1: obliquis itineribus ... sequebantur.) XXIX 32, 7: quibusdam, ut occurrerent, p. obliqua tendentibus.

3) In extrema huius paragraphi parte ii loci mihi enumerandi sunt, quibus praepositio „per" non cum locorum nominibus coniuncta est, **sed cum vocabulis rerum locum aliquem explentium ideoque perrumpendarum**[22]). Inde sequitur, ut praepositio „per" ita usurpata respondeat nostro: „zwischen durch, ... hin; darüber hin". Sed cum loci, qui huc pertinent, permulti sint, ego eos tantum, quos in tertia et quinta decade reperi, ad verbum proponere statui, ceterorum autem solum numerum indicare. Ad ipsam rem notissimam nec multum ab ea, de qua adhuc erat quaestio, diversam nihil adnotandum est nisi hoc, illum praepositionis usum apud Tacitum minus vulgarem esse, quam apud Livium (cf. Hensell. p. 16.).

Loci memorandi sunt hi:

I, 6, 2; 18, 3; 48, 3; 48, 7; II 6, 9; 12, 8; 20, 9; 33, 7; 46, 4; 59, 8; III 49, 2; 70, 4; IV 29, 1; V 6, 3; 36, 7; 46, 8; VII 35, 11; VIII 6, 2; 7, 11; 10, 6; 16, 9; 24, 9; 26, 4; IX 2, 7; 3, 1; 5, 8; 12, 8; 13, 5; 22, 8; 24, 12; 39, 8; 43, 15; X 28, 11; 34, 4; 35, 19; 39, 12.

XXI 14, 2: perque ruinam eius cohors Poenorum impetu facto cum signum imperatori dedisset; 36, 6: p. nudam infra glaciem fluentemque tabem liquescentis nivis ingrediebantur; 43, 13: p. tot ferocissimos Hispaniae et Galliae populos vincen-

---

[22]) v. Hand. Turs. IV p. 430—2.

tes huc pervenistis; 57, 3: p. effusos passim ad praedandum hostium equites... transgressus; XXII 5, 2: p. medias acies ferro viam fieri; 6, 4: p. confertissimam hostium turbam impetum facit; § 8: p. adversos hostes eruptione impigre facta; 47, 6: tenore uno p. praeceps pavore fugientium agmen in mediam aciem inlati; 50, 8: p. hos, qui inordinati atque incompositi obstrepunt portis, erumpamus; § 9: ferro atque audacia via fit quamvis p. confertos hostis (cf. supra p. 8.); § 10: stringit gladium cuneoque facto p. medios vadit hostes; 59, 5: nec ulla iam p. confertos hostis erumpendi spes esset; 60, 9: erumpere etiam per[23]) confertos hostes possent; § 17: prius P. Sempronio p. civium agmen quam p. hostium fuit erumpendum; § 27: qui p. medios hostis e castris eruperunt. XXIII 9, 8: p. meum pectus petendus ille tibi transfigendusque est; 17, 6: p. intermissa munimenta ... silentio noctis dilapsi; 28, 3: p. dubios infestosque populos iuxta intentus ad Hasdrubalem venit; 33, 9: Xenophanes p. praesidia Romana in Campaniam .... pervenit; 47, 8: patenti hostium portae invectum p. alteram ... evasisse (cf. Madv. emend.[2] p. 328); XXIV 17, 3: C. Claudium Neronem ... p. aversam maxime ab hoste portam emittit; 33, 2: legati p. portum missi; 46, 3: infrequenti via p. desertam partem urbis; § 7: p. effractam portam urbem ingreditur; XXV 34, 11: p. totam aciem nuntiantes discurrunt imperatorem Romanum cecidisse; 41, 4: nuntio celeri p. ordines misso. XXV I4, 1: mittere nuntios ad Hannibalem p. custodias tam artas; 15, 11: p. mediam vadens turbam; § 15: p. adversum pectus transfixus; 40, 11: p. aversam portam emissus. XXVII 15, 12: p. intervalla stationum clam ex urbe emissus; 28, 11: ruunt p. portam; 32, 5: equus ... cum prolapsum p. caput regem effudisset (v. Woelfflin. Livian. Kritik p. 10 et Weissenb. ad h. l.); 43, 1: cum p. medios hostes totam ferme longitudinem Italiae emensi essent. XXVIII 42, 4: ab Tarracone deinde iter p. praesidia Romana. XXX 11, 9: ut pedes

---

[23]) Praepositio „per“, quae est in codicibus omissa, iam ab Alschefskio recte ad verbum erumpendi addita est, quam coniecturam confirmant ex. gr. hi loci: XXII 50, 8; 6, 8; 59, 5; 60, 17; 60, 27; XXXV 11, 10.

Romanus repentino p. turmas suas viam dantis intercursu stabilem aciem fecit; 24, 8: ipse cum rostratis p. adversos fluctus ingenti remigum labore enisus Apollinis promuntorium tenuit; 34, 9: ut prope difficilior transitus esset, quam p. confertos hostes fuerat; § 10: p. cumulos corporum .... qua quisque poterat, sequentes.

XXXI 39, 14; 42, 6; XXXII 17, 6; XXXIII 5, 11; 17, 13; 26, 9; XXXIV 2, 8; 25, 12; 37, 8; XXXV 11, 10 (v. Weissenborn.); XXXVI 24, 4; § 6; XXXVII 25, 6; 32, 4; 41, 8; 43, 7; XXXVIII 4, 8; 5, 8; 7, 12; 16, 1; 27, 6; 41, 13; 51, 6; XL 9, 5 (cf. XXIII 9, 8); § 9; 21, 4 (v. Weissenb. et Madv. emend.[2] p. 573 not 1.); 56, 11 (legendum: praedispositos).

XLI 9, 6: cum Collina porta intrasset, p. Esquilinam ... evasit; 26, 7 civitatium, p. quas iturus erat; XLII 42, 3: civitates, p. quas iter feci; 54, 5: fugientes p. patentem portam; 63, 9: transitus p. distracta fumantia virgulta patuit; XLIV 9, 7: ab ima in summam testudinem p. densata scuta cum evasissent; 40, 8: cum p. aquam ferme genu tenus altam tres milites sequerentur. —

Denique addo haec exempla, in quibus „per“ respondet nostrae versioni: „längs, entlang, vorbei an“: I 2, 5: sed mare etiam p. totam Italiae longitudinem ab Alpibus ad fretum Siculum fama nominis sui implesset; II 38, 3: an non sensistis ...? ... vestras coniuges, vestros liberos traductos p. ora hominum? IX 6, 3: ita traducti sub iugum et, quod paene gravius erat, p. hostium oculos cum e saltu evasissent; XXI 49, 8: perque omnem oram, qui ex speculis prospicerent adventantem hostium classem, missi (v. Weissenb. et Madv. emend.[2] p. 275); XXII 19, 12: partim inermes ad instructam p. litus aciem suorum perfugere; XXV 24, 5: alii p. murum fugere; XXVI 20, 9: non enim tantum subvehi oppidanis p. pacata litora apertosque portus praesidio navium Punicarum poterat (v. Weissenb.); XXIX 33, 3: p. adversum montem erectam aciem ducit (v. Weissenb.); XXXI 15, 8: Rhodii Ciam ab Aegina, inde p. insulas Rhodum navigarunt; XXXIII 19, 11: p. omnem oram Ciliciae Lyciaeque et Cariae temptaturus urbes; XXXVIII 7, 3: quacumque se classis circumegerat p. litorum

anfractus; 39, 4: ex Lycia protinus ... p. insulas in Graeciam traiecit; XLIV 9, 7: propugnantes p. oras extremae testudinis.

§ 3.

De praepositionis „per" localis notione amplificata.

Ex illa praepositionis vi antiquissima, de qua adhuc dixi, haec quoque significatio exemplis infra illustranda oritur: motus aliquis non cogitatur percurrens locum recta via ad contrariam loci partem, sed perstringens complures regionis partes, id quod nos dicimus „Verbreitung über einen Raum (vel innerhalb eines Raumes)".

Eam notionem praepositio habet:

1) pendens a **verbis et adiectivo vagus**, quae omnia significant **rem aliquam diffundi ac dispergi per diversas loci partes.**

Et primum quidem ex locis huc spectantibus eos propono

a) ubi **verba** regunt praepositionem.

dimittere IV 32, 1: praeconibus p. vicos dimissis; VI 3, 8: praecones p. urbem dimissi; XXIII 26, 7: equitum partem ad depopulandum p. agros passim[24]) dimisit; XXIV 20, 16: p. Salentinum agrum proximosque Apuliae saltus dimissi; XXV 9, 16: duo milia Gallorum Poenus .... p. urbem dimittit; XXIX 37, 5: quia p. provincias dimiserunt censores, ut civium — referretur numerus; XXXI 26, 2: parte militum ad praedandum passim p. agros dimissa; XXXII 12, 8: dimisit suos p. omnia iuga vallesque; 26, 13: dimissis deinde p. agros, qui vestigarent; XXXIII 5, 4: milites p. agros dimissos vallum caedere et parare iubet; XLIII 14, 10: litteris censorum p. fora et conciliabula dimissis; XLIV 46, 1: p. omnes deditas civitates dimissis, qui praeessent; XLV 34, 3: p. omnes civitates cohortes dimisit.

disjicere: XXVIII 4, 3: ut nec temptare Gadis nec **disiectum** passim p. provinciam exercitum Hasdrubalis consectari posset.

spargere, dispergere: IX 23, 3: sparsi p. vias speculato-

---

[24]) Vocabulum „passim" persaepe talibus in enuntiatis apud Livium invenitur; v. Handii Turs. IV p. 406 sq.

res (cf. XXXVII 20, 5: ceteri sparserant se toto passim campo; XL 33, 7: sparsi enim toto passim campo se diffuderunt).

XXIX 2, 18: sparsi primo p. agros; XXXI 42, 5: quae p. agros sparsa multitudo fuerat; XXXVIII 17, 11: qui alias sparsas p. orbem terrarum colonias habent; XLIV 28, 2: ut.. sparsas p. Cycladas insulas naves Macedoniam cum frumento petentes tutarentur; XXX 24, 11: inde p. litora portusque dispersas Romanas naves colligeret; XXXI 36, 5: dispersos milites p. agros; 37, 2: dispersi equites p. agros.

dispertire: XXIX 1, 14: exercitum p. oppida dispertit.

ponere: XXIX 23, 1: speculis p. omnia promuntoria positis.

disponere, exponere: VIII 13, 9: praesidiis inde dispositis p. recepta oppida; XXI 11, 7: ballistis p. omnia tabulata dispositis; XXIV 4, 7: qui p. contionem ad exitandos clamores dispositi erant; XXV 26, 2: trinis castris p. idonea dispositis loca; XXVII 28, 7: oppidanos p. muros urbisque opportuna loca in stationibus disponunt; 40, 11: qui p. urbes agri Sallentini castra disposita habebat; XXXI 10, 4: praesidia p. muros disponenda; 17, 1: tormentis p. muros dispositis; XXXVI 13, 4: praesidiis p. recepta oppida dispositis; XXXVIII 6, 9: dispositi p. muros et turres ex tuto pugnabant; XXXIX 14, 10: ut vigilias disponerent p. urbem; XLIII 19, 6: dispositi p. praesidia milites Romani; XLIV 29, 4: parte p. Cyclades disposita; XLIV 10, 5: expositis p. litora armatis.

dissipare: V 30, 4: dissipatique p. tribus suos quisque tribules prensantes orare cum lacrimis coepere; VII 26, 9: p. Volscos Falernumque agrum dissipati sunt; XXVIII 16, 13: pars fuga dissupati p. proximas civitates sunt; XXXII 31, 2: dissipati p. vicos; XL 40, 11: p. totum saltum dissipati fuga. XLII 48, 10: ut onerariae ... p. altum dissipatae consequerentur.

distribuere: II 39, 9: praesidia p. muros aliaque ... loca distribuentes; XXI 21, 13: partim distribui p. Africam iubet.

dividere: VII 38, 10: divisa enim erant p. Campaniae urbes; IX 46, 11: humilibus p. omnes tribus divisis; XXII 54, 2: eos omnes Venusini p. familias benigne accipiendos curan-

dosque cum divisissent; XXIV 19, 11: turba p. finitimos populos in custodiam divisa; XXV 23, 14: vino ... ab Epicyde praebito universae plebei et p. tribus a principibus diviso; 31, 8: custodibus divisis p. domos; XXVII 7, 9: exercitus ... p. provincias divisi; XXXVIII 23, 10: ceteram praedam conferre omnis iussit et aut vendidit .... aut ... p. milites divisit XLII 63, 5: scalas p. manipulos dividi praetor iussit; 67, 8: partem exercitus ... p. totam Thessaliam divisit; XLIII 23, 6: p. Parthinorum socias urbes in hiberna militibus divisis; XLV 26, 11: divisisque in hiberna copiis p. opportunas urbes.

fundere, effundere: III 63, 4: Sabini fusi passim p. agros; IV 46, 5: p. supinam vallem fusi sunt; VII 24, 8: fusique p. campos; 30, 15: (quae est ista tam infensa) ira, quam p. duas acies fusus sanguis explere non potuerit? XXVI 39, 22: vage effusos p. agros palatosque adortus; XLII 55, 5: vagari Macedonas effusos p. Thessaliam; XLIV 26, 2: Gallorum effusorum p. Illyricum.

palari[25]): IV 46, 7: palati alii p. agros passim multis itineribus ... nuntii Romani contenderunt; VII 1, 3: quos primo palatos p. Apuliam congregari iam fama erat; 8, 6: agmenque ... p. agros trepida fuga palatum est; 37, 12: consul palatos p. agros cum vidisset hostes; IX 38, 3: palatis p. agros nemo obvius fuit; 45, 14: palatis hostibus p. agros; XXII 52, 4: alii palati passim p. agros; XXIV 41, 4: palantium p. agros; XXVII 31, 2: palatos passim p. agros gravesque praeda ... adortus; 41, 8: palati p. campum properare ad hostis; 47, 9: agmen primo p. agros palatur; XXXI 2, 9: ad VII hominum palata p. segetes sunt caesa; 38, 6: impetum in frumentatores palatos p. agros fecit; 41, 12: palati p. agros praedabantur; 45, 13: p. agros palati milites; XXXIII 19, 4: multitudo ... palata p. agros caesa est; XXXVII 29, 3: siqui p. agros palati essent; XXXIX 31, 13: p. agros palati sunt; XLIII 10, 8: quae res palatis p. agros saluti fuisset; XLIV 44, 6: palatis passim p. agros Romanis.

sternere: XXIII 24, 13: ceterae res ... stratae p. omnem iacentis agminis ordinem inventae sunt; XXVII 48, 16: nocte

---

[25]) cf. Madv. em.[2] p. 138 not.

dilapsi stratique somno passim p. agros; XXVVIII 22, 4: strata p. tumulos corpora; XL 58, 6: cum praecipiti fuga p. rupes praealtas inprovidi sternerentur ruerentque.

vagari: II 49, 9: vagantes p. utrumque finem; 60, 2: vagari populabundum hostem p. agros passi; III 7, 7: p. ignota capita late vagata est vis morbi; 58, 11: p. tot domos ad petendas poenas vagati; V 45, 5: milites Romani vagantes p. agros; VII 36, 10: aliquos ad se sequendum emissos p. saltum vagari; IX 30, 10: datum, ut ... p. urbem vagarentur; X 17, 2: quid p. agros ... vagamur? XXII 3, 7: p. mediam iam Italiam vagari Poenum; XXIV 23, 8: vagantibus passim p. totam Siciliam Romanis; XXVI 27, 12: velut feras bestias p. agros vagari; XXVII 20, 10: vagante p. Italiam Hannibale; 31, 5: vagabatur enim ... p. maritas domos; XXXI 21, 4: palati passim vagabantur p. agros; 33, 8: alae ... cum diu .. vagatae p. Dassaretios essent; XXXVIII 42, 11: vagari eos cum belli terrore p. nationes; XLII 3, 8: eum p. sociorum urbes .. vagari; 65, 2: passim vagantes p. agros; XLIV 4, 9: cum ... p. litora cum equitibus vagaretur rex; 36, 10: p. calles saltusque ... vagando; XLV 28, 10: quod Persea ... vagari p. provinciam passus esset.

b) Iam ii loci afferendi sunt, ubi praepositio dependet ab adiectivo **vagus:**

V 42, 3: Romani ex arce plenam hostium urbem cernentes vagosque p. vias omnes cursus; 44, 5: vagique p. agros palantur. VII 25, 3: Galli ... p. campos maritumaque loca vagi populabantur; IX 13, 11: qui obsidione delegata in curam collegae vagus [26]) p. agros cuncta infesta commeatibus hostium

---

[26]) Ita scribi malim cum Dukero, primum quod „vacuus" facile librarii errroe ex „vagus" nasci poterat, tum vero quod „vagus p. agros" — quae verborum coniunctio, ut exempla docent, compluries apud Livium extat — ad sensum loci bene quadrat. Siquis autem codicum scripturam „vacuus" tenendam iudicabit, is certe vocabulum „vacuus" cum Drakenborchio explicabit: vacuus sc. omni alia cura vel cum Weissenbornio: „ohne Besorgnisz (angegriffen zu werden)" — de quo vocis „vacuus" absoluto usu v. exempla apud Drakenb. et Weissenb. — idemque praepositionem „per" eundem sensum hic habere statuet ac praepositionem in c. Abl. (De hoc praepos. per

fecerat; XXI 61, 2: haud procul Terracone classicos milites ... vagos palantisque p. agros ... ad naves compellit (ubi Fabri) XXII 7, 7: matronae vagae p. vias; 15, 5: ubi vagos passim p. vicos Numidas vidit (Woelfflinus: prospexit); XXVI 21, 15: Numidae ... vagi p. totam Siciliam; XXVII 20, 8: vagum p. citeriorem Hispaniam; 43, 2: a vagis p. agros pabulatoribus; 50, 5: matronae ... p. omnia delubra vagae; XXX 4, 2: vagi p. castra; XXXIII 15, 6: in vagos palatosque p. agros hostis impetum fecerant; 29, 2: alios vagos p. hiberna milites; XXXV 36, 8: Aetolos vagos p. urbem caedunt. —

Postquam enumeravi eos locos, quibus praepositio pendet a vocabulis fundendi dispergendique, nunc eos ante oculos proponam, ubi „per" connectitur

2) cum vocabulis, quae exprimunt **rem aliquam sermone p. locum circumferri atque innotescere.**

Ac primum quidem profero

a) verba, quae illam, de qua dixi, significationem continent:

denuntiare: XLIV 26, 5: denuntiare p. vicos urbesque... coepit, ut commeatus expedirent.

circumferre: XLIII 17, 2: senatus consultum Thebis primum recitatum p. omnes Peloponnesi urbes circumtulerunt.

edicere[27]): XXV 22, 4: isque p. fora conciliabulaque edixit, ut conquisitio fieret; XL 37, 3: supplicationem in biduum ... in urbe et p. omnia fora conciliabulaque edixerunt.

vulgare: IX 20, 10: postquam res Capuae stabilitas disciplina Romana fama p. socios vulgavit; XXII 56, 4: tum privatae quoque per domos clades vulgatae sunt; XXIII 27, 9: quae volgata res p. Hispaniam; XXIV 45, 11: fama p. totam urbem volgata; XXV 7, 14: volgata p. urbem fuga est; XXVIII 27, 10: non quod ego vulgari facinus p. omnis velim; XXXVI 34, 5: cognitus est vulgatumque p. ordines Quinctium esse; XXXIX 8, 5: vulgari coepta sunt p. viros mulieresque; 46, 7: fama p. gentes vulgata est; XL 32, 1: p. totam aciem vulgatum

usu v. infra sub No. 4). Minime autem quisquam propterea „vagus" scribet, quia, sicut Madvigius (ed.² vol I (2) praef. X) adnotat, „vacuus p. agros" nihil sit. Nam de ea verborum coniunctione certe nemo homo sanus cogitabit.

27) Haec exempla etiam infra sub 4. afferri poterant.

est; XLII 42, 9: fama volgata p. gentes est; 63, 1: fama .. vulgata p. Graeciam.

Deinde huc pertinent:

b) **adiectiva:**

celeber[28]): VII 21, 6: meriti aequitate curaque sunt, ut p. omnium annalium monumenta celebres nominibus essent; XXI 19, 8: quorum celebre p. Hispaniam responsum (cf. I 3, 8: celebre ad posteros nomen flumini dedit).

clarus: XLV 12, 8: clara ea p. gentis legatio fuit.

inclutus: XXXIX 36, 4: inclutam p. gentes disciplinam; XLV 9, 2: inclyti p. Europae plerumque atque Asiam omnem regni.

3) Omnibus quos sub 1. et 2. attuli locis praepositio „per" pendet a verbis adiectivisque certam notionem de qua dixi continentibus; hic autem ii loci commemorandi sunt, quibus praepositio eandem saue vim atque supra habens **cum vocabulis variae diversaeque significationis** conexa est.

I 20, 4: caelestiaque arma ... ferre ac p. urbem ire canentes carmina ... iussit; II 2, 4: hic sermo p. totam civitatem est datus; III 38, 4: non nuntii solum, sed p. urbem agrestium **fuga** trepidationem iniecit.

Oblata occasione hic affero locos, quibus occurrit substantivum „**fuga**" cum praepositione „per" coniunctum. Quamvis libenter concedam nonnulla exempla etiam alio referri posse, attamen, ut universum hunc vocabuli „fuga" usum apud Livium in uno conspectu ponam, quam plurimos hic congero locos. Recte Weissenbornius iterum ac saepius in commentariis suis lectorem huius usus admonet; et huc addendum est haud raro iuxta substantivum „fuga" verbum aliquod spargendi diffundendique collocatum esse, ita ut significetur fuga effectam esse dispersionem. Sunt autem hi loci: V 29, 4: quia nocte proditione oppidum captum liberam p. aversa urbis fugam dederat; VI 13, 4: postquam iactari arma passim fugaque p. agros spargi aciem hostium animadversum est; IX 23, 15: qua potest quisque, fugam p. diversa petunt; XXI 56, 5: qui passim p. agros

---

28) cf. Kuehnast p. 340.

fuga sparsi erant; XXII 7, 2: decem milia sparsa fuga p. omnem Etruriam diversis itineribus urbem petiere; § 9: superesse paucos aut fuga passim p. Etruriam sparsos aut captos ab hoste; 54, 1: qui sparsi fuga p. agros fuerant; XXIII 26, 8: simul et ad castra tumultus erat et p. agros fuga et caedes; 40, 5: alius exercitus ... p. agros silvasque fuga palatus; XXVII 26, 6: alii dissupati fuga p. agros saltusque Tarentum rediere (cf. XXVIII 16, 13 et XL 40, 11) XXX 35, 2: multi p. patentem circa campum fuga sparsi; XXXIII 38, 12: fuga sparsos p. Hellespontum; XXXVII 20, 13: caedes passim fugaque p. campos facta est; XXXVIII 23, 6: quia late p. omnis anfractus montium fugaque et caedes fuit; XL 24, 1: fuga p. Paeoniam praeparata.

V 36, 7: perque totam aciem Romanum legatum esse signum datum est; 40, 6: inde pars p. agros dilapsi; VIII 30, 6: p. arma, p. viros late stragem dedere; IX 41, 19: una vox ponere arma iubentium p. totam fertur aciem; 42, 10: p. Latinos populos custodiendi dantur; X 33, 7: ne pabulari quidem p. agros suos patiebantur; XXI 23, 4: rumorque p. barbaros manavit; 55, 1: oleoque p. manipulos, ut mollirent artus, misso; XXII 1, 20: p. urbem Saturnalia diem ac noctem clamata; XXIII 15, 5: dilapsi omnes .. quocunque ... tulit, p. Campaniae urbes; 43, 8: p. muros inambulare senatores .. iussit; 49, 3: caritas patriae p. omnes ordines velut tenore uno pertinebat; XXV 5, 9: conquisitionem iugenuorum p. agros habuerunt; XXVII 16, 4: equus errans p. urbem; 37, 7: ut virgines ter novenae p. urbem euntes carmen canerent; 46, 1: tessera p. castra ab Livio consule data erat; XXVIII 9, 15: uno equo p. urbem verum triumphum vehi; 14, 6: tesseram vesperi p. castra dedit; 39, 21: literae p. oppida missae; XXX 29, 2: omnia p. castra, qua vellent, circumduci iussit; XXXI 12, 9: carmen ... cani p. urbem iusserunt; XXXIII 28, 3: tumultus p. totam urbem discurrentium; 29, 6: legatos ... p. civitates mittit; XXXIV 3, 9: triumphantes ... p. urbem vectemur; 7, 6: vehi p. urbem; 8, 5: edicto p. oram maritimam misso; 58, 13: stirpis augendae causa gentisque vetustissimae p. orbem terrarum propagandae; XXXV 3, 5: passim multas manus p. extrema finium ad praedandum mittebant; 51, 3:

eum ... magna pars p. agros lignatum pabulatumque dilapsa esset; XXXVII 32, 13: praeconibus p. urbem missis; XXXIX 14, 7: non Romae modo, sed p. omnia fora et conciliabula conquiri; ibid: p. totam Italiam edicta mitti; XLV 38, 12: suasque et imperatoris laudes canentes p. urbem incedunt.

Huc addere mihi liceat nonnullos locos, quibus praepositio „per“ **notione** quadam **distributiva** usurpatur; quam quidem praepositionis vim ex eadem, de qua adhuc verba feci, natam esse liquet: XXVII 37, 14: p. manus reste data; XXVIII 19, 9: electis p. manipulos viris (nach Manipeln, aus einem nach d. andren Weissenb., cf. XLII 63, 5 et XXV 23, 14); 20, 4: clavos p. modica intervalla figentes; 25, 10: seu carptim per[29]) partes seu universi mallent; XXIX 14, 13: eae p. manus succedentes; XXX 10, 14: navigia, quae sub constratis pontium p. intervalla excurrebant; XXXII 26, 17: Romae vigiliae p. vicos servatae (nach Quartieren Weissb.).

4. Restat, ut eos afferam locos, quibus praepositio „per“ plane fere congruat cum praepositione „in“ (c. Abl.), qui usus iam apud Plautum invenitur et apud alios quoque scriptores haud raro occurrit. Cum autem numerus locorum huc spectantium apud Livium permagnus sit, exempla tantummodo ex tertia et quinta decade sumpta exscribam. Ceterum conferas, quae supra in p. 10 sqq.

I, 9, 9; V 8, 3; 43, 5; VI 9, 11; IX 20, 7; X 4, 9; 38, 2; XXI 5, 14: equo vel p. medios gurgites stabili; XXII 16, 4: Poenus -p. horridas silvas hibernaturus esset (v. supra p. 10 not. 11); 55, 3: cum ... p. omnes paene domos promiscue conplorarentur; § 6: ut silentium p. urbem faciant; XXIII 25, 1: velut nocturna solitudine p. urbem acta; XXV 26, 7: intoleranda vis aestus p. utraque castra omnium ferme corpora movit; 36, 14: luctus ex morte eorum non Romae modo maior quam p. totam Hispaniam fuit; XXVI 16, 6: alii p. sociorum Latini nominis urbes in custodias dati; 26, 8: dilectum prope a M. Cornelio p. totam Siciliam habitum; XXVII 5, 11: alios

---

[29]) Praepositionem in codd. omissam addidit Gronovius, quae coniectura confirmatur verbis Polybii (11, 13): *ἄντε κατὰ μέρη τοῦτο βούλωνται ποιεῖν, ἄνθ᾽ ὁμοῦ πάντες.*

p. totam Africam milites mercede conduci; 23, 7: supplicatum p. compita tota urbe est; XXVIII 12, 13: dilectibus p. ulteriorem Hispaniam habitis; 39, 5: p. omnem Hispaniam civis notros venumdatos; XXIX 5, 8: interim Mago milites Gallis dimissis clam p. agros eorum mercede conducere[30]); 37, 3: sextante sal et Romae et p. totam Italiam erat.

XXXI 38, 10; XXXIII 3, 2; 19, 3; XXXIV 56, 2; XXXV 12, 18; XXXVII 33, 3; 60, 3; XXXVIII 22, 6; 51, 13; XXXIX 14, 7; 15, 6; 16, 12; 17, 4; 18, 7; 22, 10; 31, 13; 41, 5. XL 19, 5; 37, 4.

XLI 5, 9: auxiliis ... p. civitates Galliae militibusque coloniis imperatis; XLII 1, 11: legati ... singula iumenta p. oppida, iter qua faciundum erat, imperabant; 25, 2: p. omnes urbes Macedonum ... parari bellum; 64, 3: ingentis acervos p. tota castra stramentorum fecisse; XLIII 20, 4: firmatis Uscanae et circa eam p. omnia castella, quae receperat, praesidiis; XLIV 4, 6: levis armatura ... conserere p. iniqua atque aequa loca pugnam poterat (v. Madv. emend.[2] p. 677); 19, 9: ponte p. Nilum facto.

---

[30]) Hic locus scriptus est in codd: „interim Mago milites Gallos dimissis clam p. agros eorum mercede conducere“, quam lectionem Weissenb. et Madvig. in textum receperunt. Ille quidem invitus ac dubitans fecisse id videtur, hic autem rectam loci explicationem sese invenisse arbitratur contendens (emend.[2] p. 416 sq.) participii ablativum „dimissis“ eo sensu quem saepe habet apud Livium positum esse pro „dimissis, qui ...“ Construit igitur M.: „interim Mago milites Gallos, dimissis clam p. agros eorum (Gallorum), mercede conducere; et ut sententiam suam confirmet, complures locos Livianos affert, ex quibus ille usus ablativi „dimissis“ appareat; sed ii ipsi loci virum doctum errasse demonstrant: nam ubique participio „dimissis“ est adiectum, ad quid faciendum homines dimittantur, id quod nostro loco desideratur. Ego quidem recedo ad scripturam a Madv. reiectam: „interim M. milites, Gallis dimissis, clam p. agros eorum mercede conducere“ et ad „Gallis dimissis“ supplens e concilio — ad quod Mago Gallos convocaverat § 3 — ita construendum esse censeo: Mago mercede clam conducere milites Gallis dimissis p. agros eorum (Gallorum). Apparet igitur praepositionem „per“ (= in c. Abl.) pendere a vocabulis: „mercede conducere“, ut supra XXVII 5, 11. Quod autem Weissenb. in collocatione „Gallis dimissis“ post „milites“ offendit, nullius videtur mihi esse momenti. Cf. Luchsius p. CXXXIV.

§ 3.

De praepositionis „per" locali tropice adhibita.[31])

In hac paragrapho ii tractandi mihi sunt loci, quibus praepositio „per" locali sensu posita notionem habet translatam sive tropicam. In exemplis nonnullis huc pertinentibus velut „p. gradus", „p. manus" praepositio vim distributivam quandam continet, de qua vide Weissenb. ad XLIV 6, 2 et Kuehnast. p. 365.

I 3, 9: Aventino fulmine ipse ictus regnum p. manus tradidit; V 51, 4: si nobis cum urbe simul positae traditaeque p. manus religiones nullae essent; IV 53, 5: cum res diu ducta p. altercationem esset; IX 17, 10: disciplina militaris iam inde ab initiis urbis tradita p. manus; I 17, 6: quinque dierum spatio finiebatur imperium ac p. omnes in orbem ibat; III 36, 3: cum ... hoc insigne regium in orbem suam cuiusque vicem p. omnes iret; XXV 37, 6: donec p. omnis suffragium iret; XXXII 7, 10: nec p. honorum gradus ... nobiles homines tendere ad consulatum; XLI 20, 2: animus p. omnia genera vitae errans; XLIV 6, 2: p. alia atque alia pavida consilia et imperia trepidans; IX 17, 3: fortuna p. omnia humana, maxime in res bellicas pollens; VI 14, 10: id vero ita accendit animos, ut per omne fas ac nefas secuturi vindicem libertatis viderentur.

---

[31]) cf. Hand. Turs. IV p. 433 sq., Draeger: hist. Synt. I² p. 603.

Caput II.

„Per“ notione temporali positum.[32])

Sicut praepositio „per“ de loco aliquo dicitur, quem motus permeat, ita etiam ad tempus transfertur significatque id spatium temporis, quod actio quaedam, priusquam ad finem producta sit, percurrit. Tali vi et notione posita praepositio a nobis verti solet vocabulo: „während“ vel „im Verlaufe“ vel „hindurch“. Haud raro autem praepositio „per“ denotans id tempus, intra quod res aliqua peragitur, nostro: „innerhalb“ respondet et ea notione collocata occurrit vocabulo **„ferme“** vel **„forte“** comitata, qui quidem usus apud Tacitum nusquam invenitur. (cf. Hensell. p. 27.) Deinde adnotandum est interdum vim praepositionis temporalem plane congruere cum causali vel instrumentali et in exemplis collegendis interdum me dubitasse, utrum huc an illuc ea referam velut XXXV 15, 7 (ubi v. Weissenb.) (cf. Fabri ad XXII 33, 7). Denique quod attinet ad materiam haud exiguam disponendam, hac in re Hensellium sequar. Primum igitur eos afferam locos, quibus praepositio cum propriis temporis vocabulis connexa est, deinde eos, ubi aliis apposita est nominibus, quae notant res spatium aliquod temporis perdurantes.

1. Praepositio „per“ cum propriis temporis vocabulis coniuncta.

annus: Tacitus interdum praepositionem „per“ cum nudo numeri pluralis accusativo vocabulorum „annus“, „dies“, „mensis“ coniungit, ita ut in praepositione sensus insit distributivus;

---

[32]) v. Hand. Turs. IV p. 434—6. Draeger: hist. Synt. I² p. 603. Kuehner: l. l. p. 404 sq. et 215 not. 10.

apud Livium autem nusquam ille usus occurrit. Contra is semper talibus substantivis ut itam dicam temporalibus adiungit adiectivum aliquod vel pronomen vel numerale, cuius usus hic enumerabo exempla:

II 19, 2: bellum Latinum gliscens iam p. **aliquot** annos; X 41, 2; XXVIII 41, 15: ubi p. aliquot annos maxumis rebus terra marique gerendis amplissimum nomen ... fecerant; XXX 28, 15: cum adsuessent p. aliq. a. bellum ... gerere; XXXIII 47, 3; XXXVIII 58, 5.

V 51, 6: Veiens bellum ... p. **quot** annos quanto labore gestum! X 16, 4.

praef. 5: malorum, quae nostra **tot** p. annos vidit aetas (cf. V 23, 2); IV 24, 5: grave esse isdem p. tot a. magnam partem vitae obnoxios vivere; 25, 10; V 16, 10; XXI 30, 2; XXIV 5, 3; XXV 33, 3; 37, 3; XXVI 35, 5; 40, 11; XXVII 44, 6; XXXIII 39, 6; XXXIV 6, 9; XLII 52, 11; XLV 25, 9.

XXV 6, 7: cui post fugam a Cannis p. **omnis** a. prorogatum imperium.

III 14, 6: his p. **totum** annum artibus lex elusa est.

IV 8, 3: in populo p. **multos** a. incenso; IX 45, 5; X 45, 6; XXII 34, 4; XXIV 34, 13; XXVII 8, 7; 34, 4; XXX 11, 3; XXXI 20, 2; XXXII 1, 6; XXXV 16, 10; XL 46, 5.

VI 34, 4: possessionemque honoris usurpati modo a plebe p. **paucos** annos recuperasse.

VI 10, 6: quaesitumque, cur p. **eos** annos militem ex instituto non dedissent; 37, 8; IX 19, 3.

XXVIII 39, 14: quod ita res per **hos** annos (im Verlaufe der letzten Jahre) in Hispania atque Italia gessistis (ubi v. Weissenb.); XLV 24, 8.

XXXIII 42, 4: omniumque annorum, p. **quos** non dederant; XXXIX 26, 5.

Postremo ii loci sunt tractandi, quibus cum accusativo qui est „annos“ coniuncta sunt numeralia; quae — excepto hoc uno loco: X 31, 10: supersunt etiam nunc Samnitium bella, quae continua p. quartum iam volumen annumque sextum et quadragensimum a M. Valerio A. Cornelio consulibus. ... agimus —

cardinalia sunt.[33]) V 40, 1: inventaeque urbis p. trecentos sexaginta annos omnibus bellis victricis; VI 2, 3: p. a. prope centum; VII 1, 10: p. quinque et viginti a; IX 3, 2: p. a. iam prope triginta; 19, 12: p. a. quattuor et viginti; XXI 2, 1: p. quinque a; 10, 7: p. quattuor et viginti a; 40, 5: p. viginti a; 41, 6: p. viginti a; XXIII 5, 8: p. centum prope a; 42, 3: p. a. prope quinquaginta; 42, 6: p. a. centum; XXV 31, 4: p. a. quinquaginta; 38, 6: p. octo a; XXVII 21, 10: p. decem a; XXVIII 12, 3: p. a. XIII; 28, 2: p. decem a.; 44, 15: p. quattuordecim a; XXXI 31, 10: p. a. prope septuaginta; XXXII 21, 18: p. XVI a; XXXVII 45, 15: p. duodecim a; XXXVIII 9, 9: p. a. sex; 17, 6: p. ducentos iam a; 34, 9: p. octingentos a.; XXXIX 37, 5: p. octingentos prope annos liberi .... p. centum annos servistis.

aetas: I 45, 4: fixa p. multas aetates cornua; XXXIII 3, 2: absumpserant enim p. multas iam aetates continua bella Macedonas; XXXIV 26, 13: multi autem erant, iam p. aliquot aetates, ex quo tyranni tenebant Lacedaemonem, alii ab aliis expulsi.

dies: I 41, 6: p. **aliquot** dies ... celata morte; II 3, 5: 32, 4; III 5, 4; 9, 2; 10, 3; 10, 6; V 43, 1; IX 20, 3; 23, 7; 43, 4. XXI 11, 5: nec lacessentes nec lacessiti p. aliquot dies; XXII 7, 14: senatum praetores p. dies al. ab orto usque ad occidentem solem in curia retinent; 9, 4: ibi p. d. a. stativa habita; XXIII 16, 10: id quod p. a. d. fecerat; XXV 7, 9; 26, 3; XXVII 2, 11; 23, 4; [XXVIII 13, 10: numquam p. aliquot insequentis dies ... cessatum est[34]);] 14, 3;

---

[33]) De numeralium vocabulorum collocatione et ordine apud Livium, qui haud raro a Ciceroniano discrepat v. Kuehnast p. 36 sq. Ceterum haec quaestio, utrum in numeris compositis minor sequatur maiorem an hic illum, plane absolvi non potest, cum persaepe in antiquissimis codicibus numerorum tantummodo signa sint adscripta. cf. Madvig. emend.[2] p. 506.

[34]) Sic legi voluisse Weissenbornium et typographum errore inductum scripsisse „p. aliquot sequentis dies“ ex commentarii nota dilucide apparet. Illam lectionem: „p. aliq. inseq. d.“ etiam a Madvigio (emend.[2] p. 250) probatam debemus B. Rhenano, qui (in edit. Froben. 1535) codicis Spirensis nunc amissi scripturam: „nunquam proelio quod insequentis dies“ ita emendavit. Contra in codice

XXIX 32, 11; XXXII 13, 4; XXXIII 36, 7; XXXV 15, 6; 38, 14; XXXVI 43, 1 et 11; XXXVII 1, 5; 12, 1; XL 30,5; 48, 2; XLII 57, 11; XLIV 46, 4.

XXIII 25, 1: cum p. dies **multos** in tanto pavore fuisset civitas; XXXII 6, 4; XXXIII 33, 4; XLII 25, 3: p. m. d. conveniendi eius potestatem non factam; § 6: p. m. d. occultum consilium ... regem habuisse.

III 11, 3: sic patres in lege, quae p. **omnis** comitiales d. ferebatur (vorgelesen wurde), inpedienda gerebant (sc. se); XXVII 50, 4: nunquam p. omnis d., ex quo Claudium consulem profectum fama attulit, ... aut senator quisquam a curia atque ab magistratibus abscessit aut populus e foro; XXXVI 20, 1 et 2: Consule per Phocidem et Boeotiam exercitum ducente, consciae defectionis civitates cum velamentis ante portas stabant, metu, ne hostiliter diriperentur. Ceterum p. omnes dies[35]) haud secus quam in pacato agro sine violatione

---

Puteaneo sic legimus: „aliquo|tiensequentis“ omisso vocabulo „nunquam“. Ad confirmandam suam lectionem Weissenbornius complures affert locos, quibus „p. aliquot dies“ apud Livium usitatissimum invenitur; sed ii ipsi loci indicant hic aliter scribendum esse. Nam, ubicunque „p. aliquot d.“ vel „p. d. aliq.“ apud Livium extat, per se solum nullo adiectivo apposito occurrit (vid. exempla). Ceterum omnes libri manu scripti praepositionem „per“ hoc loco ignorant. Quare ad codicis Puteanei scripturam propius accedendum esse iudico et adiecta voce „numquam“ legendum cum Drakenborchio: „numquam aliquot insequentes dies“ vel cum Madvigio (ed. vol II, part. II. 1863): aliquot inseq. d. .... cessatum „non“ est.“

[35]) Scriptum videmus in libris „per omnes dies“, quod a plerisque editoribus habetur valde dubium. Accuratius hunc locum tractans Madvigius (emend.[2] p. 521) putat, quod Coronea haud multum absit a Thermopylis, omnes illos dies non fuisse multos, deinde desiderari aliquem temporis numerum, quo finiantur illi omnes dies, cum Latine non dicatur: „p. omnes dies facere aliquid.“ Itaque M. „dies“ ab interprete aliquo falso adiectum esse iudicat et scribi vult: p. omnes (sc. reliquos populos) haud secus .... processit. Weissenbornius vocabulum „dies“ censet fortasse ortum esse ex: „deinceps“ (v. exempla, quae W. affert). Sed ego hanc sententiam probare nequeo, cum longius recedat a scriptura tradita, neque etiam Madvigio assentior, sed lectionem codicum retinendam esse censeo. Namque, quamquam Coronea a Thermopylis haud procul abest, tamen non per se liquet illos „omnes dies“ fuisse paucos, cum consul Acilius Thermopylis

ullius rei agmen processit, donec in agrum Coronaeum ventum est.

XXI 8, 1: obsidio deinde p. **paucos** dies magis quam oppugnatio fuit (cf. X 45, 9 intra p. d.); XXII 14, 2: quieverant enim p. p. d.; XXIII 6, 5: extracta tamen ... p. p. d. est res.

XXV 27, 6: si pergerent .... ab ortu solis flare per dies **plures** venti (cf. XXII 43, 2: ibi plures d ... manere nequit).

V 21, 7: cum **tot** p. dies nemo se ab stationibus Romanus movisset.

XXXV 40, 7: p. **todidem** dies feriae in sollicitudine ac metu fuere.

III 60, 7: cum p. **totum** diem stetissent intenti ad certamen; VIII 39, 7; XXVI 23, 5: sanguinis rivos p. d. t. fluxisse; XXVII 13, 1: proelio p. d. t. infeliciter tolerato; XXX 17, 6: uti .... circumeundi salutandique deos agendique grates p. t. d. populo potestas fieret; XXXI 12, 5; XXXII 20, 2; XXXIII 6, 9; 36, 4; XL 50, 3.

III 5, 1: multi per **eos** dies[36]) motus multique impetus hinc atque illiuc facti; 29, 7; IV 30, 6; X 21, 2.

XXI 30, 11: proinde ... cederent animo atque virtute genti p. eos d. totiens ab se victae; XXII 2, 2: viam p. paludem petit, qua fluvius Aruns p. eos d. solito magis inundaverat; XXIV 20, 8: Acua oppidum p. eos d. vi captum; XXVI 11, 6: quod per[37]) eos d. eum forte agrum ... venisse

---

profectus non solum per urbes in recta via positas, sed etiam per finitimas civitates exercitum ducere potuerit. Deinde Madv. „per omnes dies ..... processit“ Latinum esse negat. Sed idem dicendi genus invenitur eo loco, quem supra modo attuli: XXVII 50, 4: „p. omnis dies .... abscessit“, ubi nemo adhuc editor offendit. Et ut ibi ad explicandum „p. omnis dies“ additum est enuntiatum temporale: „ex quo Claudium consulem profectum fama attulit“, ita nostro loco legitur: „donec in agrum Coronaeum ventum est.“ Nihil igitur mutandum esse iudico.

[36]) Saepe a Livio „p. eos d.“ vel „p. eosdem d.“ eodem sensu positum est atque „iis (iisdem) diebus“ = tum. Vide Drakenb. ad XXX 38, 5 et, quae infra p. 48. dicta sunt.

[37]) Praepositio „per“ in codicibus omissa recte ab editoribus addita videtur esse.

nihil ob id deminuto pretio cognitum ex quodam captivo est; 12, 3; 39, 20; XXVII 11, 7; XXX 24, 1; 38, 5; XXXI 4, 4; 5, 5; 11, 13; 43, 1; XXXIV 46, 2; XXXVI 14, 1; § 5; XXXVII 4, 4; 34, 1; 58, 3; XXXVIII 39, 6; XXXIX 22, 1; XL 2, 5; 22, 8; XLI 6, 4; XLII 62, 3; XLIII 13, 3; XLIV 1, 3.

V 43, 4: et ex agris p. **eos ipsos** d. raptum omne Veios erat; XXVIII 23, 6: p. eos ipsos d. perfugae a Gadibus venerant; XXXI 26, 1: p. eos ipsos d., quibus Philippus in Achaia fuit, Philocles ... transcendit.

X 30, 1: et in Etruria p. **eosdem** d. ab Cn. Fulvio propraetore res ex sententia gesta; XXII 33, 1: p. eosdem d. speculator Carthaginiensis .... Romae deprensus; 37, 1: p. e. d. ab Hierone classis Ostia cum magno commeatu accessit; XXIII 41, 10: p. e. forte d. et Bomilcar ... accessit; XXIV 27, 6: p. e. d. cum ad Marcellum ... legati Syracusani missi ab Appio essent, ... Marcellus ... et ipse legatos Syracusas ... misit.; XXV 7, 9; 34, 1; XXVIII 26, 1; XXX 7, 11; 11, 1; 21, 1; ibid. § 3; XXXII 31, 4; XXXIII 3, 6; 18, 22; 44, 3; XXXIV 25, 2; XXXVI 3, 14; 10, 5; 12, 1; 20, 7; 21, 10; 39, 1; XXXVII 3, 8; 20, 1; XXXIX 23, 8; XL 34, 7; XLI 7, 4: p. e. forte d. M. Junius consul ... Romam venit; XLII 55, 1: consul Romanus p. e. d. Thessaliam petens; XLIV 2, 8: p. e. d. Perseus ... omnis saltus insidere praesidiis statuit; XLV 4, 1: p. e. d. et M. Marcellus ... decem pondo auri et argenti ... in aerarium rettulit.

XXIV 38, 1: quemadmodum praesidia Romana ab Siculis circumventa et oppressa sint p. **hos** dies; XXVII 13, 4: quibus dies noctesque fugientibus p. h. d. institistis; XLII 49, 1: p. h. forte d. P. Licinius consul ... ab urbe profectus est; XLV 41, 1: quae duo fulmina domum meam p. h. d. perculerint.

XLV 40, 6: sed non Perseus tantum p. **illos** dies documentum humanorum casuum fuit.

II 64, 8: intercessere pauci dies ... p. **quos** ingens vis hominum ... in castra venit; XXI 61, 10: triginta dies obsidio fuit, p. quos raro unquam nix minus quattuor pedes alta iacuit; XLIV 46, 9; p. quos dies ad Pellam stativa fuerunt, legationes frequentes ... auditae sunt.

Huc addo duos locos, qui alio referri non poterant: XXIV 16, 15: ut ab epulis per[38]) celebrem festumque diem actis, non ex acie reverti viderentur; XXXI 14, 7: Acarnanes duo iuvenes p. initiorum dies non initiati templum Cereris imprudentes religionis ... ingressi sunt (v. Weissenb.).

I 31, 4: ut ... feriae p. novem dies agerentur; V 13, 6: p. d. octo; XXXVI 23, 6: p. quattuor et viginti d.; 36, 2: p. d. decem; XXXIX 4, 9: p. d. quindecim; 22, 8: p. d. decem (cf. XXXVI 36, 2); XL 45, 6; XLII 20, 3: ludos p. decem dies ... faciendos; 28, 8: eodem die decrevit senatus, C. Popilius consul ludos p. dies decem Jovi ... voveret donaqe circa omnia pulvinaria, si res publica X annos in eodem statu fuisset.[39])

Hic de iis quoque locis mihi disserendum est, ubi praepositio „per" cum nominibus ex vocabulis „**annus**" et „**dies**" ac numeralibus quibusdam effectis est coniuncta. Ad usum Livianum hoc tantum adnotari velim, scriptorem nostrum narrantem, quamdiu ludi quidam supplicationesque ac prodigia fuerint, libenter uti hoc dicendi genere: „per biduum; p. triduum p. quadriduum[40]). — Loci, qui huc pertinent, sunt hi: III 56, 4: quae impie nefarieque **p. biennium** alia super alia es ansus; XXII 33, 1: qui p. b. fefellerat; XXIII 42, 6; XLV 3, 7 (cf. III 65, 9 et Kuehnast l. l. p. 183); — XXXI 31, 8: fatigati prope **per triennium**, XXXII 29, 4; — XLV 39, 8: ad hoc ferimus consulem, ut bellum **p. quadriennium** ingenti etiam pudore nostro tractum perficeret; 41, 5; (cf. c. 13, 13). — VI 35, 10: eaque solitudo magistratuum ... **p. quinquennium** urbem tenuit; XXIII 22, 3; XXVII 25, 4; XXX 27, 11. — XXII 60, 25: haec vobis istorum **p. biduum** militia fuit; XXV 2, 10: ludi plebei p. b. instaurati; XXIX 38, 8: ludi Romani biduum instaurati, item p. b. plebei ab aedilibus; XXX 8, 4: p. insequens b. — nihil dictu satis dignum fecerint; XXXIII 42, 10; XXXIV 46, 7; XXXVI 2, 5 (supplicatio — p. b. fuit); XXXIX 22, 1; 46, 5; 56, 6. — III 10, 1: ut suum

---

[38]) Praepositionem in optimis codicibus omissam ab editoribus recte additam esse Fabri in adnotatione ad hunc locum ostendit.

[39]) Ita scribendum iudico cum Madvigio (emend.² p. 635).

[40]) Conf. Weissenb. ad XXIII 30, 15.

quisque p. **triduum** cognitum abduceret; XXI 33, 1: et captivo [cibo] ac pecoribus p. t. exercitum aluit (v. ad h. l. Alschefskium); XXII 1, 15; 10, 9; XXIII 30, 15: et M. Aemilio Lepido ... fili tres ... ludos funebres p. tr. et gladiatorum paria duo et viginti [p. tr.] in foro dederunt (v. Madv. emend.[2] p. 323 sq., Drakenb. Alschefski, Weissenb. ad h. l.; fortasse sententia Madvigii est probanda); ibid. § 16; ludos Romanos fecerunt, qui p. t. instaurati sunt; XXV 23, 14: nuntians diem festum Dianae p. t. agi; XXVII 51, 9: omnia templa p. totum t. aequalem turbam habuere; XXXI 48, 12; XXXIV 40, 1; 55, 3; XXXVIII 44, 7; XXXIX 22, 3; 46, 2; XL 28, 9; XLI 28, 11: ut p. t. quattuor et septuaginta homines pugnarint; XLII 20, 5 sanguine p. t. in oppido pluvisse; 54, 3: p. t. ingentibus utrimque animis et oppugnata est urbs et defensa; XLV 16, 5: civis Romanus nuntiabat ex foco suo sanguinem p. t. et duas noctes manasse. — XXII 2, 7: maximeque omnium vigiliae conficiebant p. **quadriduum** iam et tres noctes toleratae; XXIV 43, 7: ludos scenicos p. quad. eo anno primum factos ab curulibus aedilibus memoriae proditur; XXX 27, 12: ludi in circo p. qu. facti; XXXI 50, 4; XXXIV 37, 7; XXXVII 38, 8; XL 30, 7; XLII 10, 5: scaenicos ludos p. qu. ... fecit.

hiems: XXIII 45, 2: vino et scortis omnibusque lustris p. totam hiemem confectos (cf. XXI 21, 8); XXV 20, 3: ut exercitui p. h. copia esset; XXVIII 13, 3: quos se p. h. conscripturum pollicitus erat; XXXIII 1, 1; 27, 4; XXXV 7, 7; XXXVI 13, 1.

hiberna: XXIII 46, 9: praesidio, quod p. h. ad obtinendum locum satis esset, relicto.

hora: XXIII 40, 10: p. quattuor horas pugnatum; XXIV 42, 2: pugnatum p. quattuor ferme horas; XXXI 31, 10: p. aliquot h.; XXXII 35, 2: p. aliquot h.; XXXVII 21, 2: p. multas h.

mensis: XXXVII 26, 1: ad classem, quae p. **aliquot** menses instructa ac parata fuerat; III 40, 10: cum p. **tot** menses vacua civitate nemo ... controversiam fecerit; V 52, 12; XXI 30, 9: quid p. **octo** m. periculi, quid laboris exhaustum esse? XXVII 39, 4: quae ipse .. p. quinque m. exhausisset; XXXVI 34, 2: p. duos m.

meridies: XLII 64, 8: pridie p. m. profecti ab Sycurio erant (ubi v. Drakenb.).

nox: XXII 16, 8: ad duo milia ferme boum effecta, Hasdrubalique negotium datum, ut **per noctem** id armentum accensis cornibus **ad** montis ageret, maxime, si posset, super saltus ab hoste insessos. Cap. 17, 1—2: Primis tenebris silentio mota castra; boves aliquanto ante signa acti. ubi ad radices montium viasque angustas ventum est, signum extemplo datur, ut accensis cornibus armenta in adversos concitentur montis.[41])

XXIII 44, 6: imber continens p. noctem totam usque ad horam tertiam diei insequentis tenuit; XXXIX 10, 1: si p.

---

[41]) Cum totus locus sit difficilis, ego omnia quae sunt alicuius momenti verba adscripsi. Ac primum quidem agendum est de scriptura „per noctem", quam in textu posuit Weissenbornius alteram quoque lectionem „nocte" proponens. Legitur in antiquissimo codice: „ut primis tenebris noctem id armentum accensis cornibus ad montis ageret," quod nonnulli editores mutarunt in: „primis tenebris noctis ... sqq." Sed haec verba abhorrent ab iis, quae sequuntur (c. 17, 1): „primis tenebris silentio mota castra": nam fieri non potuit, ut Hasdrubal primis tenebris profectus eodem tempore etiam ad montes veniret, praesertim cum Poenorum castra aliquantum a montibus abessent. Inde efficitur illud prius: „primis tenebris" ex inferiore loco in superiorem a librario translatum esse, id quod Weissenbornius recte commemorat. Qui homo doctus ob eam rem legit „per noctem"; at ego legi velim „nocte" (in der Nacht), non „p. noctem", cum hoc nullo alio loco apud Livium repererim. Sed unum restat dubium, quod ab editoribus monitum non esse miror: offendendum enim est in verbis: „ut id armentum accensis cornibus ad montis ageret", quae vertimus: dasz er die Rinderheerde mit brennenden Reisigbündeln auf den Hörnern zu den Bergen, nach d. B. hin, bis an d. B. treiben laszen sollte." Sed cogitari non potest Hasdrubalem a montibus, quos petit, duo fere milliaria distantem statim ab itineris initio sarmenta boum cornibus praeligata accendi iussisse, sed (c. 17, 2) ubi ad radices montium ventum est, sarmenta accenduntur bovesque in montes concitantur. Credo igitur mutandum esse „ad montis" et scribendum fortasse: „in" vel potius: „in adversos m." (hinan auf d. B.) ita ut totius enuntiati sit sententia: Hasdrubal iubetur ab Hannibale nocte agere armentum in adversos montis. Ceterum cum mutatione mea bene congruunt, quae Quintilianus II 17, 9 dicit: (p. noctem) „in adversos m. agens armenta." Cf. Wölfflin: Liv. Krit. p. 17. Madvig.: ed. vol II.² P. I praef. XII.

aliquot noctes secubuisset; XLII 24, 3: eos p. aliquot n. consilium principum habuisse.

saeculum: I 23, 3: fossa Cluilia ab nomine ducis p. aliquot saecula appellata est; IV 32, 3: eosdem et Romanos et hostes esse, qui p. tot s. fuerint; XXXVI 6, 2: p. multa iam s. publice privatimque labante egregia quondam disciplina; XL 8, 12: p. multa s.

tempus: Hoc vocabulum primum quidem a praepositione „per" dependet coniunctum cum adiectivis: „**omne**" et „**totum**" aut comitatum substantivi alicuius genetivo. Loci, qui huc pertinent, sunt hi: I 21, 5: omnium tamen maximum eius operum fuit tutela per omne regni tempus haud minor pacis quam regni; XXIII 18, 16: p. omne aestivorum tempus magna pars sine commeatibus ab signis dilabebantur (ubi v. Fabri); XXXVII 18, 1: cum p. omne hibernorum tempus exercitum in Aeolide continuisset; XLII 52, 2: p. id omne tempus quieta Macedonia et progeniem ediderat ...; XXI 21, 8: p. totum tempus hiemis quies ... renovavit corpora animosque; V 27, 2: eo more p. belli tempus intermisso; XXIV 45, 8: servari p. belli t.; XXXIII 34, 11: p. belli t.; XXX 24, 5: p. indutiarum t... in Africam transmiserunt; 38, 3: ne p. indutiarum t. alio usquam Romam mitterent legatos (cf. XXX 37, 6 et 11 p. indutias); XXXVI 5, 1: p. hibernorum tempus; XL 27, 9: p. ipsum indutiarum t.

Deinde vocabulo „tempus" adiecta inveniuntur **pronomina demonstrativa** et **relativum.** Commemorandum autem hic maxime videtur esse genus dicendi: „**per idem tempus**", quod Livius saepissime usurpat, ut significet, dum haec gerantur, eodem tempore fieri illa. Efficit igitur „per idem t." saepe transitum ad novam narrationis partem. Nonnullos ad hunc usum ostendendum locos ipsis verbis indicasse satis habeo, reliquorum tantummodo numeros adscribam:

V 32, 8: filio quoque adolescente p. idem t. orbatus; VII 18, 2: p. idem t. Tarquiniensium quoque sunt vastati agri ab Sulpicio consule; IX 38, 2: per idem t. et classis Romana a P. Cornelio ... in Campaniam acta; X 45, 2: quia p. idem forte t. rebellasse Etruscos adlatum est; XXII 1, 12: et p.

idem t. Romae signum Martis Appia via ac simulacra luporum sudasse; § 4: p. idem t. Cn. Servilius Romae idibus Martiis magistratum iniit; XXIII 21, 1: p. idem fere t. litterae ex Sicilia Sardiniaque Romam adlatae; 34, 10; 41, 8; XXIV 35, 3; XXVI 24, 1; 39, 1; 40, 1; XXVIII 30, 1; XXIX 12, 8; XXXI 20, 1; XXXV 40, 7; XXXVI 33, 1; 36, 3; XXXVII 18, 1; 33, 1; XXXIX 7, 6; XLI 25, 8; XLII 4, 5; 5, 10; 6, 4; 36, 1; 55, 7. Eodem sensu apud nostrum positum est: **ad idem tempus** (e. g. XLII 56, 6), deinde **sub idem tempus** (e. g. XXXII 7, 4; 16, 1; 31, 6; XXXIII 22, 1; XXXV 22, 1 al. l., cf. XXXIII 37, 1: sub haec tam varia fortuna gesta ... alter consul ... venit; XXXIII 39, 1 **sub hoc tempus** et L. Cornelius ... Selymbriae substitit), tum: **„eodem tempore“** (ut XXXIII 21, 1; XXXIV 10, 1; 29, 1), denique **per eos dies** et p. eos ipsos d., et p. eosdem dies.[42]) Eundem fere sensum saepius habet **per id tempus**, quod hisce legitur locis: II 9, 6: multa igitur blandimenta plebi per id t. ab senatu data; IX 14, 1: p. id t. parantibus utrisque se ad proelium legati Tarentini interveniunt; XXXI 28, 3; XXXIX 38, 4; XLI 22, 4; XLIV 29, 6. Semel tantummodo pronomen **relativum** juxta „tempus“ positum est: XXI 8, 1: p. quod tempus ut quies certaminum erat, ita ab apparatu operum . . nihil cessatum.

Restant nunc hi loci: VII 3, 6: quia rarae per **ea** tempora litterae erant; VI 1, 2: quod parvae et rarae p. **eadem** tempora litterae fuere; XLI 25, 1: p. **haec** tempora Aetolorum in semet ipsos versus furor ... ad internecionem adducturus videbatur gentem.

XXVI 19, 6: hic mos, quem[43]) per omnem **vitam** servabat; XXXIX 44, 9: quae M. Porcium ... p. omnem vitam exercuerunt. —

2. Hac in altera capitis parte verba facienda mihi sunt de iis locis, ubi praepositio „per“ **nomina** quaedam regit, **quae res intra aliquod tempus factas significant.** Talibus

---

[42]) cf. supra p. 42.

[43]) „quem“ coniecit Weissenbornius; cf. Madv. ed.[1] vol. II. P. II praef V.

locis praepositio respondet nostro: „waehrend" vel „bei Gelegenheit". Locos autem secundum literarum ordinem nominum, quae huc pertinent, digestos afferre mihi liceat.

V 49, 1: per **altercationem** nondum omni auro appenso dictator intervenit.

III 4, 3: isque miles p. **bellum** Aequicum vel acerrimus fuit; VI 4, 4: qui Veientium ... p. ea bella transfugerant ad Romanos; VIII 13, 15: sociali egregio exercitu p. multa b. magnaque saepe usi estis; XXIV 7, 10: Puteolos, p. bellum coeptum frequentari emporium, communit (cf. Fabri ad h. l. et quae in exordio huius capitis dixi); XXVI 34, 8: p. bellum; XXVIII 38, 7: p. id bellum; XXIX 1, 16: p. bellum; XXXIII 42, 4: p. b.; XXXIV 5, 5: p. b.; XXXVI 31, 12: p. b. (XXXIX 1, 2: natus ad continendam p. magnorum intervalla bellorum Romanis militarem disciplinam.) XLV 16, 1: censuere patres duas provincias Hispaniam rursus fieri, quae una p. b. Macedonicum fuerat.

VII 32, 16: semper ego plebem Romanam militiae domique ... eodem tenore p. omnes deinceps **consulatus** colo atque colui.

XVII 31, 1: occupato rege apparatu ludorum et p. **dies festos** licentius quam inter belli tempora remittente animum.

IV 36, 3: captatum deinde tempus ab tribunis militum, quo per **discessum** hominum ab urbe ... senatus consultum fieret (v. Weissenb.).

XXVIII 33, 6: maiorque caedes fuit, quam quantam edere levia per **excursiones** proelia solent (ubi v. Weissenb.); XXXII 10, 9: p. excursiones ab stationibus ... multa levia commissa proelia sunt; XXXVII 18, 9: ibi rursus levia per excursiones proelia fieri coepta; XLIII 19, 10: crebris interim proeliis, quibus p. excursiones et moenia sua oppidani tutabantur et opera hostium inpediebant.

III 5, 14: **feriae** indictae, p. quas omnia delubra ... turba implebantur.

V 2, 5: ne quid p. **frequentiam** .. agi posset.

XXX 31, 9: navium cum commeatu per **indutias** expugnatarum (cf. Drakenb. ad XLII 64, 8.); 37, 6: si per priores i. naves onerariae captae ... restituerentur; ibid. § 11: ex

navibus p. ind. captis; XXXVIII 2, 14: postea p. i. sepeliendi caesos potestas facta est; XL 25, 7: ut obsesso p. i. sibi quam primum veniret subsidio (ubi cf. Weissenb.).

VII 18, 10: consules relicti a parte populi per **infrequentiam** comitia nihilo segnius perficiunt (ubi cf. Drakenb. et Weissenb.); XXXVIII 44, 6: postea p. infr. adiecit senatus consultum; XXXIX 4, 8: qui p. infr. furtim senatus consultum factum ad aerarium detulerit.

VI 39, 1: ab tribunis velut p. **interregnum** concilio plebis habito; V 31, 7.

XXXV 15, 7: ibi per **luctum** regia clausa cum Minnione quodam . . . consilia agitavit (ubi cf. Weissenb.); II 18, 2: cum per **ludos** ab Sabinorum iuventute per lasciviam scorta raperentur; XXV 12, 14: edixit, ut populus p. eos ludos stipem Apollini . . . conferret; XLV 11, 7: quae (sc. multitudo) in bello non per **obsidionem** modo, sed etiam postquam a moenibus abscessum est, . . . omnium rerum adtenuata inopia erat.

XLII 53, 1: cum per omnem **orationem** satis frequenti adsensu succlamatum esset.

XXIII 40, 9: per **procursationes** levia certamina vario eventu inita (cf. per excursiones); XXVIII 33, 3: ubi per procursationem commissa pugna esset.

III 16, 4: mansuetum id malum et per aliorum **quietem** malorum semper exoriens tum quiesse . . . videbatur.

II 33, 3: per **secessionem** plebis Sp. Cassius et Postumus Cominius consulatum inierant; (causalem sensum habet „per secessionem“ in II 34, 2 et 11); IV 12, 2: ludi ab decemviris per s. plebis a patribus ex senatus consulto voti eo anno facti sunt.

IV 29, 8: quod Carthaginienses . . . tum primum per **seditiones** Siculorum ad partis alterius auxilium in Siciliam exercitum traiecere; VII 18, 9: aliquotiens frustra in campum descensum cum esset, multique per seditiones acti comitiales dies; XXII 33, 7: aedem Concordiae, quam p. **seditionem** militarem biennio ante L. Manlius praetor in Gallia vovisset, locatam ad id tempus non esse.

III 42, 3: ab Ereto per **silentium** noctis profugi. XXV 23, 16: ad mille fere armati . . . p. silentium eo deducti.

XL 53, 4: praetores quadraginta hostiis maioribus per **supplicationes** rem divinam fecerunt (ubi cf. Weissb.) XXXVIII 33, 10: decem septem, quibus vincula p. **tumultum** iniecta erant, interfecti sunt (cf. XXV 13, 10); XLIV 45, 14: cum p. t. naves conscenderent; VII 28, 3.

XXIX 15, 15: dilectus in iis duodecim coloniis, per longam **vacationem** numero iuniorum aucto haud difficulter est perfectus. —

Caput III.

De præpositione „per“ translato sensu usurpata.

Omnes praepositiones a genuina sua vi ac significatione, quam localem maxime esse satis constat, paullatim longius recedunt liberiusque ad alias, quae quidem quasi locales animo percipiuntur, res adhiberi solent: ac primum quidem ad eas, quae ad tempus, deinde quae ad causam vel modum actionis alicuius pertinent itaque fit, ut praepositiones praeter localem sensum habeant temporalem instrumentalem, causalem modalem, qua de re accurate disseruit Fritschius l. c. p. 17 sqq.

§ 1.

„Per“ notione instrumentali positum.

Illa notionis antiquissimae mutatio in nostra quoque praepositione observatur, et, quomodo localis eius significatio in temporalem transierit, in prooemio capitis II. iam vidimus. Hic autem de praepositionis „per“ notione instrumentali [44]) agendum mihi est. Ea ita fere explicari potest: praepositio denotat eam viam, quae per medium aliquod ad finem (Ziel) fert. Itaque praepositio „per“ cum personae alicuius nomine coniuncta eum significat, qui medius interest inter principium actionis eiusque perfectionem. Hic quoque occasio se offert disputandi de discrimine inter praepositiones „a“ et „per“ cum personarum nominibus coniunctas. Ut praepositio „per“, ita quoque „a“ cum personarum vocabulis connectitur, sed plane ab illa diversam habet significationem. Indicat enim praepositio „a“ eum, a quo actio incipitur, qui est auctor actionis, „per“ autem eum significat, cuius auxilio sive in-

---

[44]) Hand. Turs. IV p. 436 sqq., Draeger: hist. Synt. I² l. l.

strumento illa actio ad finem perducitur. Locum saepe ad indicium vocatum etiamque ab Hensellio allatum, quo id dilucide illustratur, legimus apud Ciceronem (pro Rosc. Am. 29, 80): quid ais? vulgo occidebantur? per quos? et a quibus? Sed, quamvis harum duarum praepositionum notiones secundum originem inter se dissideant, tamen a scriptoribus illud discrimen nunquam anxie observatum videtur esse, ut saepissime „per“ pro „a“ dicatur (cf. Reisig: Vorlesungen p. 704 sq.).

Nec solum cum personarum nominibus, verum etiam cum rerum vocabulis praepositio „per“ instrumentalis, ut ita dicam, connectitur itaque pro nudo ablativo, quem vocant grammatici instrumentalem, ponitur nec raro in eodem enuntiato cum eo permutatur, id quod inde ab Livio saepissime factum invenimus. Ceterum qualis sit hic usus apud Livium locis, quos infra enumerabo, satis illustrabitur. Postremo adnotandum mihi est locis aliquot posse dubitari, utrum praepositio sensu instrumentali an alio maximeque temporali vel causali usurpata sit et fortasse alii aliter atque ego hic illic iudicabunt.

Nunc venio ad ipsos locos huc spectantes et primum quidem 1) eos, quibus „per“ praepositum est **personarum vocabulis** ex iisque

a) tales, qui continent **nomina propria** a praepositione dependentia:

III 41, 4: factaque p. Cornelium ... gratia; 52, 1: p. M. Duilium ... certior facta plebs; X 18, 8: Lucanorum seditiones ... per Q. Fabium ... conpresserat; XXII 43, 7: p. eundem Lucanum Statilium ... omnibus ... exploratis; XXIII 37, 12: oppida tria ... vi recepta p. M. Valerium praetorem; 38, 12: ea (sc. classis) p. L. Antistium ... Tarentum est devecta; 40, 1: res p. T. Manlium praetorem administrari coeptae; XXIV 5, 9 coniuratio ... indicatur p. Callonem quendam; XXV 19, 10: per P. Cornelium Sullam praetorem in senatum introductns; 23, 7: indicio delato .. p. Attalum quendam; XXVIII 23, 7: p. Hannonem praefectum coegerat; XXIX 11, 6: p. Attalum regem compotes eius fore; XXX 40, 15: si pacem p. P. Scipionem dari ... iussissent (ubi cf. Weissenb.); XXXII 6, 1: consul p. Charopum Epiroten certior

factus; 7, 8: quae ipsa p. M. Fulvium et M'. Curium tribunos plebis impediebantur; (8, 10: vereri dixerunt, ne id praestare ei p. Antiochum regem ultra non liceret;) XXXIII 5, 1: spem nactus p. Timonem .. prodi urbem; 18, 22: nec recipi nisi aliquanto post p. Antiochum potuit; XXXIV 4, 6: p. legatum Cineam Pyrrhus ... animos donis temptavit; 32, 17: adfinitatem etiam p. Philoclen praefectum ... pepigisti; XXXV 37, 4: p. Euthymidam principem ... praeparatis ad proditionem iis ...; ibid. § 5: (fortunam), qua Demetrias p. Eurylochum occupata erat; XXXVII 45, 4: p. P. Scipionem a consule petiit impetravitque, ut ...; XXXVIII 40, 3: classe p. Athenaeum fratrem regis ab Elaea adducta; XXXIX 47, 8: p. Demetrium filium satis fieri voluisset Romanis; XLI 23, 4: recitatis his litteris p. Xenarchum praetorem; 25, 4: fidesque data p. principem civitatis Eupolemum; XLII 5, 10: p. eundem Appium ... compositae in Perrhaebia res; XLIV 13, 9: fama fuit, p. Cydantem Cretensem et Antimachum ... tractatas ... condiciones amicitiae; 23, 2: cum per[45]) Hippiam legatum trecenta argenti talenta pactus esset; 26, 1: cum ... pacem habere per Eumenen ... posset. XLV 5, 5: nobilis fama erat aput omnes Graeciae civitates Eumenis regis p. Euandrum Delphis prope perpetrata caedes. —

b) Iam eos enumero locos, in quibus **alia personarum nomina** insunt.

I 24, 9: p. suum dictatorem suosque sacerdotes peregerunt; 47, 8: p. praeconem ... citari iussit; 51, 2: p. adversae factionis quosdam Aricinos servum ... corrupit II 2, 1; 32, 1; 45, 11; 64, 2 (ubi cf. Weissb.); III 10, 7; 13, 3 (ubi cf. Weissb.); 39, 9; 47, 8; 49, 7; 55, 1; 63, 9; 64, 3[46]); IV 6, 6; 43, 8; 46, 9; 50, 6; 57, 11; 58, 1; V 8, 6; § 11; 12, 7; 50, 2; § 8; VI 19, 6; 20, 12; 36, 3; 42, 11; VII 1, 4; 9, 2; 12, 12; 14, 5; 16, 8; 17, 10; 22, 1; 26, 1; 36, 11; 38, 9; 42, 3; VIII 17, 5; 18, 8; 30, 3; 33, 2; 39, 13; IX 8, 6; 16, 1; 23, 6; 30, 3; 45, 17; X 5, 14; 17, 1; 25, 18; 38, 7.

XXI 24, 5: et p. nuntios quidem haec (sc. egit) (v. Woelffl.

---

[45]) Praepositio in codice V. est omissa; cf. XXXI 7, 4.

[46]) v. Madvig. emend.² p. 103 sq.

ad h. l.) 32, 10; XXII 3, 1: certumque p. praemissos exploratores habuit exercitum Romanum circa Arreti moenia esse; 10, 3: iis p. magistrum equitum scriptis Tibur diem ad conveniendum edixit; 15, 3: haec per exploratores relata Fabio; 33, 10: p. interregem comitia habenda esse; 34, 10: ut vitiosus dictator p. augures fieret; 55, 6: haec exploranda noscendaque p. impigros iuvenes esse; illud p. patres ipsos agendum ...; 56, 1: submota foro per[47]) magistratus turba; XXIII 32, 10: haec clandestina legatio p. principes missa erat; 43, 9: egressos p. interpretem adloquitur; XXIV 16, 7: p. tribunos militum inde deducti; 21, 11: stationibus p. principes regionum urbis dispositis; XXV 1, 11: ut minores p. magistratus sedaretur (malum); 6, 11: ut etiam urbs Roma p. eum exercitum ... recuperaretur; 13, 10: p. quaestorem Campanis datum frumentum; XXVI 33, 10: p. senatum agi de Campanis; 38, 6: p. occultos nuntios spem proditionis fecerat Marcello; 41, 20: socii nostram fidem p. legatos implorant; 45, 7: quod p. piscatores ... conpertum habebat; XXVII 1, 6: ea omnia ... p. occultos nuntios delata Hannibali; 6, 10: ut p. veteres et expertos bellique peritos imperatores res publica gereretur; 12, 9: turmatim p. equites peditumque iaculatores levia certamina serens; 15, 10: spem nactus per sororem quolibet inpelli amantem posse; § 11: p. sororem praefecto conciliatus; 19, 4: silentio p. praeconem facto; 26, 5: ea ita futura p. quosdam Thurinos conperta Hannibali cum essent; 35, 3: ut, si tuto p. hostem posset, adiret id consilium; 36, 3: qui p. hospites eorum ... omnia explorata referrent; 43, 6: p. exercitus suos cum hoste destinato ab senatu bellum gereret; XXVIII 10, 1: cum ... per dictatorem comitia haberi placuisset; 26, 6: ut eos p. idoneos homines ... vincirent; § 10: p. idoneos homines perducti in hospitia; 27, 1: silentio p. praeconem facto; 40, 2: si ... acturum se id per populum aperte ferret; XXIX 2, 3: primo p. legatos nequiquam temptatum; 11, 10: comitia p. dictatorem habita; 27, 1: silentio p. praeconem facto; 33, 1: ut p. praefectos ageret; 34, 2: p. legatos arcessunt; XXX 3, 6: haec p. nuntios acta; 33, 12: pleraque p. interpretes inter

---

[47]) In codicibus praepositio omissa est; v. Fabri.

inmixtos alienigenas agerent; 39, 7: p. indicem comperti damnati sunt (v. Weissenb. ad h. l. et Madvig. ed. II, 2 praef. XXV).

XXXI 3, 5; 7, 4; 29, 8; 33, 11; 48, 8; XXXII 10, 1; 20, 1; 24, 1; 25, 1; XXXIII 7, 8; 29, 12; 38, 5; XXXV 15, 4; 23, 2; 34, 2; 42, 10; XXXVI 6, 4; 9, 2; XXXVII 3, 1 (ubi cf. Weissb.); 11, 15; XXXVIII 3, 2; 10, 3 (ubi cf. Weissb.); 14, 11; 42, 7; XXXIX 18, 1; 42, 11; 46, 5; XL 39, 7 et 8.

XLII 14, 7: p. patronos hospitesque disceptandi cum rege locum in senatu quaerebat; 29, 3: veniam p. sororem impetrabilem fore; § 6: p. suos legatos senatui . . . pollicitus erat; 42, 4: haec . . . p. legatos meos non solum indicata, sed etiam excusata erant; XLIV 10, 3: quod p. urinatores omne ferme extractum est; 30, 8: p. praemissos nuntios prius temptati; XLV 4, 2: litterae ab rege Perseo p. ignobiles tres legatos *** cerneret[48]); 6, 7: donec . . . pronuntiatum est p. praeconem; 13, 14: quod rogasset eum p. legatos senatus, quae ad bellum opus essent; 28, 7: circumsesso senatu p. milites Romanos; 29, 3: silentio p. praeconem facto; 35, 8: eos Ser. Sulpicius Galba . . . prensando ipse et p. suae legionis milites sollicitando stimulaverat.

c) Locis, qui nunc sequuntur, praepositio „per" cum **adiectivis** coniuncta est:

XXII 28, 1: neque enim quicquam . . . eum fallebat et perfugis multa indicantibus et p. **suos** explorantem; XXIV 32, 4: serebantur conloquia p. propinquos popularium; XLII 12, 6: nisi discussa res p. **paucos** Romanum imperium intentantis esset.

Quibus locis hos quoque addere mihi liceat: XXI 12, 4: temptata deinde p. **duos** est exigua pacis spes; XXXIII 45, 8: memoria prioris belli p. **unum** illum non magis gesti quam moti.

d) In locis insequentibus inest praepositio „per" adiecta **pronominibus** ac primum quidem

---

[48]) Hic est lacuna in codice statuenda, de qua vide Madv. emend.[2] p. 714.

α) demonstrativis:

XXIV 6, 6: p. hos iuncta societas Hannibali ac Syracusano tyranno; XXXVIII 9, 5: p. hos certior factus consul de casu legatorum; — III 35, 5: p. illos se plebi venditare; 64, 7: memor libertatis p. illos receptae domi; XXXVIII 33, 9: foedus .... irritum p. illos esse; II 38, 1: et eos ipsos ... et p. eos multitudinem aliam in subiectum viae campum deduxit; VI 21, 8: neque in senatu solum p. eos legatio inpedita est; IX 7, 14: nec p. eos comitia habita; XXIII 14, 2: nec consul ulli rei, quae p. eum agenda esset, deerat; 20, 8: ut ... auctores essent .. adiungendi se ceteris Bruttiis ac p. eos dedendi Hannibali (ubi cf. Fabri.); XXIV 23, 6: praetores primum, dein p. eos senatum adeunt; XXV 3, 12: ea fraus indicata M. Aemilio ... fuerat ac p. eum ad senatum delata; 7, 2: eae litterae ad novos consules allatae ac p. eos in senatu recitatae sunt; 23, 15: electis p. eos ad rem tantam agendam ... idoneis centurionibus; XXIX 36, 10: Etruriam continet, totam ferme ad Magonem ac p. eum ad spem novandi res versam; XXX 4, 4: cum saepius agitata res certiorem spem pacis .... p. eum faceret; XXXV 49, 4: legatis regis et p. eos absenti regi eum se iactasse; XXXVI 14, 7: ut p. eos conciliaret gentem; XXXVII 7, 6: p. eum indutias ... ab consule impetraverunt; 26, 6: quod non subiectum oculis Colophoniorum ac p. eos notum extemplo Romanis esset; 36, 2: si p. eum pacem impetrasset; 45, 6: tum P. Scipionem et p. eum consulem adierunt; XXXIX 50, 5: parcendum ac p. eum remedia quaerenda esse; XLIV 45, 7: p. eum emittitur militaris turba; XLV 9, 4: inde ac p. eum crescere cum coepisset (cf. Madv. emend.[2] p. 717 sq.); 11, 10: quod p. eum regnum patrium recepisset; 38, 7: quem tamen ante receptam p. eum a Gallis urbem violarunt (ubi cf. Weissenb.). — VII 22, 9: p. eundem ... censuram quoque in partem vocari plebes volebat; X 13, 10: quibus p. eosdem, qui tulissent (sc. leges), fraus fierent; (cf. XXX 42, 21;) XL 12, 5: periculo suo te exterret, ut innoxio fratri per eundem te maturet perniciem. — XXXII 29, 5: quae p. ipsos (sc. consules) agenda erant; XXXV 2, 2: itaque adversae quam secundae res p. ipsum amicosque eius magis sermonibus celebrabantur.

β) relativis:

praef. 9: p. quos viros quibusque artibus ... et partum et auctum imperium sit; V 15, 1: quia hostibus Etruscis, p. quos ea (sc. prodigia) procurarent, haruspices non erant; VI 39, 10: p. quos ea consecutus sit; VIII 3, 9: p. quos .... Volsci etiam exciti ad arma erant; 25, 8: Graeci Graecos, haud minus p. quos Samniti Nolanoque quam ut Romanis hostibus resisterent, exspectabant; X 10, 4: p. quos satis conperta re; XXI 10, 5: ducibus iisdem diis, p. quos priore bello rupta foedera sunt ulti (ubi cf. Fabri); XXIII 25, 4: de hoste Poeno exercitibusque, p. quos id bellum gereretur, consultandum; XXIV 24, 8: singula deinde, quae p. quosque agerentur, ... ante oculos posuit; XXVI 21, 13: p. quem inlectus ad transitionem Moericus erat; 40, 8: p. quos ut est facta fides; XXIX 23, 7: mittat, p. quos moneat eum; XXX 30, 27: multum, p. quos petita sit, ad fidem tuendae pacis pertinet; 42, 21: unum ... succlamasse ferunt, p. quos deos foedns icturi essent, cum eos, p. quos ante ictum esset, fefellissent; XXXV 3, 6: p. quos, ... ageretur; XXXVI 21, 4: consul M. Catonem, q. quem quae gesta essent senatus p. R. haud dubio auctore sciret, Romam misit (v. Weissenb.); 35, 5: p. quos senatui ... permittatis; XXXVIII 25, 4: p. quos ... res transigi posset; XXXIX 34, 6: p. quos acta res diceretur; XL 18, 7: p. quos .. naves complerentur; XLI 23, 7: p. quos ... animi sollicitarentur; XLIII 21, 9: p. quem ei Stratus tradebatur; XLIV 31, 9: p. quos indutias peteret; XLV 13, 5: p. quos obsidione miserrima liberati essent. —

γ) indefinitis:

VIII 3, 3: p. quosdam ... indicia coniurationis eius Romam emanarunt; XXIX 22, 10: hunc Pleminium ... conatum p. quosdam ... aliquot locis urbem incendere.

δ) interrogativis:

XLII 40, 7: caedes principum p. quos, nisi p. tuos, factae videri possunt?

ε) personalibus:

XXX 30, 30: ne quem pacis p. me partae paeniteat; XXXIV 31, 1: si ipse p. me .. causam ... excogitare .. possem); XLIV 22, 3: dignum maiestate populi Romani exitum p. me imponi posse; XXX 31, 3: quanto p. te onere leventur; XXXVII 19, 3: pace p. te facta. — VI 40, 4: ut p. nos aucta potius quam imminuta maiestas .. gentium .. dici vere posset. VIII 4, 8: qui ne nostrorum quidem finium nobis p. nos tuendorum ius antea dabant; XXIII 42, 2: hostes populi Romani ... fuimus primum p. nos ipsi (ubi cf. Fabri); XLV 23, 2: ubi pugnasse aut sub illius ducibus aut p. nos ipsos? —

Restat hic, ut de dictione „per se“ [49]) apud Livium usitatissima verba faciam [50]). Ac primum quidem significatio horum verborum, quae apud Ciceronem non ita saepe inveniuntur, duplex est, quam recte Handius (in Turs. IV. p. 441, 6) explicavit. Primum enim „p. se“ sicut „per me“, „p. te“ etc saepe eundem habet sensum, quem „ipse“, id est „sua sponte“ vel „solus“ vel „sine cuiusquam auxilio“, ita ut a nobis reddatur versione: „auf eigne Hand, er selbst an sich, durch eigne Kraft, ohne fremde Hilfe, in eigner Person, selbständig“, quam vocularum „p. se“ vim et notionem luculenter intelleges ex I 49, 4, II 53, 4, XXIV 49, 6, ubi illud „p. se“ vocabulo „sine“ eiusque casu distinctius explicatur. Ad augendam autem confirmandamque illam significationem Livius duobus tantum, ni fallor, locis (I 49, 4 et X 1, 8) vocabulum „solus“ ad „per se“ adicit, saepissime autem nominativum pronominis „ipse“, cum nos potius expectemus casum obliquum. Et sunt alii, qui certam eius usus regulam apud Livium statuendam esse iudicent, alii, qui legem illam esse negent. Locis igitur inter se collatis puto assentiendum mihi esse Fabrio contendenti (ad. l. XXIII 42, 2 p. nos ipsi): ita semper „ipse“ locutionibus p. se, „p. me“ etc, quum ea idem declarant, quod „solus“ sive „sua sponte“

---

[49]) cf. Kuehnast p. 100 sq.

[50]) De vulgari dictionis „p. se“ significatione, quae est eadem, quam habet „a se“ passivi formis adiectum et ad subiectum eiusdem enuntiati relatum, hic accuratius non disseri, sed tantummodo locos, quibus invenitur, infra afferri consentaneum est.

in casu recto additur"; nam ubicunque pronomen „ipse" locutioni „per se" appositum est, haec et ad subiectum enuntiati et ad verbum quod dicunt finitum referenda est, quare loci ut XXXIII 45, 1 et XXXVIII 26, 1 ad tollendam illam legem nihil valent. Ceterum conferas, quae Draegerus in synt. hist. I² p. 80 sq. de pronomine „ipse" dicit.

Deinde altera locutionis „p. se" notio atque vis quaerenda est. Exprimit autem „p. se" appositum plerumque ad adiectivum aliquod vel participium (perf. pass.) „rem quae in se constat solam, rem in se spectatam, non aliarum rerum ratione habita" (verba sunt Handii l. c.); quae quidem notio interdum vocabulo „iam" vel „satis" illi locutioni „per se" praeposito firmatur.

Quibus adnotatis nunc ipsos locos huc pertinentes affero:

1. I 10, 3: ita p. se ipsum nomen Caeninum ... impetum facit; 49, 4: cognitiones capitalium rerum sine consiliis p. se solus exercebat; (49, 6: quo . . . minus p. se nihil agi indignarentur); ibid. § 7: societates p. se ipse . . fecit; II 42, 1: dulcedo agrariae legis ipsa p. se ... subibat animos; 53, 4: eos p. se ipsi Latini adsumptis Hernicis sine Romano aut duce aut auxilio castris exuerunt; III 6, 5: ut p. se ipsi Hernici cum Latinis res suas tutarentur (ubi cf. Weissenb.); 6, 6: quippe quibus p. se sustinendum bellum erat; 6, 9: munus vigiliarum senatores ... p. se ipsi obibant; V 49, 8: et p. se inclinata magis plebe ad consilium; VI 20, 15: populum brevi ... p. se ipsas recordantem virtutes desiderium eius tenuit; VIII 29, 1: cum satis p. se ipsum Samnitium bellum et defectio repens Lucanorum .... sollicitos haberent patres; X 1, 8: quia vix credibile erat tam adfectis rebus solos p. se Aequos ad bellum coortos; XXI 55, 6: cum vix iam p. se resisterent decem milibus equitum; XXII 8, 3: pars non id, quod acciderat, p. se aestimare; 60, 9: neque p. se ipsi facere conati sunt; XXIII 28, 8: si Hannibali, vix p. se ipsi tolerando Italiae hosti, Hasdrubal ... iunctus esset; 35, 8: Campani p. se adorti sunt rem Cumanam suae dicionis facere; XXIV 2, 2: itaque p. se ipsi . . ad Crotonem oppugnandum pergunt ire; 49, 6: isque ibi cum Syphace ingenti gloria p. se sine ullis Carthaginiensium opibus gessit bellum; XXV 11, 3: ut facile p. se ipsi Tarentini urbem ab iis tueri possent; XXVIII 14, 12: nec ipsa (sc. pugna)

p. se decerni poterat; XXXII 32, 6: non quin cuperet Quinctius p. se partim armis, partim condicionibus confectum videri bellum; (XXXIII 45, 1.) XXXIV 18, 3: ut omnia maxima minimaque p. se adiret atque ageret; § 4: sed pleraque ipse p. se transigeret; XXXV 16, 9: ut ii populi non p. se, non p. alium quemquam foedus mutaverint; 26, 8: (navis) quae p. se ipsa omnibus compagibus aquam acciperet; 34, 1: ut quaeque de Antiocho ***[51]) nihil p. se ipsi moti et sedentes exspectare adventum viderentur regis; 38, 1: ipsi p. se suspicati; XXXVI 7, 6: quae (vires) ... p. se ipsae nuper sustinere potuerint Romanos; 35, 7: Elei p. se ipsi quam p. Romanos maluerunt Achaico contribui concilio; XXXVII 26, 2: quod res navalis ipsa p. se aut temptata ... aut tunc magnae et certae fiduciae esset; 38, 7: hi tamen p. se ... aequum proelium sustinuerunt; XXXVIII 12, 5: rege superato nullum momentum in solis p. se Gallorum copiis fore; 47, 10: remota universae gentis infamia atque invidia, p. se ipsos aestimate; XXXIX 12, 8: p. se fatenti veniam aut gratiam fore; XL 12, 10 et 11: si illa, separata ab hac, vana accusatio erat invidiamque tuam adversus me magis quam crimen meum indicatura, hodie quoque eam aut praetermitti aut in aliud tempus differri, ut p. se quaereretur[52]), utrum ego tibi an tu mihi ... insidias fecisses; 27, 1: non ultra differendum ratus, quin p. se fortunam temptaret; XLIV 34, 2: consulere, quid agendum sit, debere, nunc p. se, nunc cum iis .... XLV (10, 5: et conperta p. se, non volgata fama, Romam referre;) 43, 3: apparebat ipsum p. se intuentibus nequaquam esse contemnendum.

2. II 39, 7: adeo tribuni iam ferocem p. se plebem ... instigabant; V 10, 6: haec, p. se gravia, indigniora ut viderentur; 48, 9: rei foedissimae p. se adiecta indignitas est;

---

[51]) Hic est lacuna, de qua supplenda vide Weissenb. ad h. l. et Madv. emend.[2] p. 514.

[52]) Sic legit Weissenbornius Madvigium (emend.[2] p. 566 sq.) secutus, qui ex codicum scriptura: „persequeretur" illud: „p. se quaereretur" coniecit et ita exposuit: „separatim et sine admixtione suspicionum nihil ad hoc pertinentium", qui quidem sensus ad sententiarum nexum bene quadrat. Ceterum praeeunte Drakenborchio vulgo scribunt: „perspiceretur", quod in codicibus non extat.

VI 11, 9: bellum ... grave p. se; 18, 5: iam p. se accensos incitabat plebis animos; 23, 4: p. se iam milites incitatos insuper instigabat; VII 3, 8: more digna etiam p. se visa res; 18, 8: inter concitatos p. se omnes vix duces eminent; VIII 4, 5: est quidem nobis hoc p. se haud nimis amplum; 21, 1: cum ipsa p. sese res anceps esset; 36, 7: rem p. se popularem ita dextere egit, ut ... IX 42, 5: benignitatem p. se gratam comitate adiuvabat; 46, 8: haud memorabilem rem p. se; XXIII 24, 9: instabilem (arborem) p. se ac male haerentem; 37, 2: muro satis p. se alto; XXIV 26, 14: caedem quidem p. se miserabilem miserabiliorem casus fecit; XXVIII 25, 11: tranquillam seditionem iam p. se languescentem repentina quies ... fecit; 27, 11: sicut natura maris p. se immobilis est; XXXIV 37, 2: cum p. se satis irritatam multitudinem cerneret tyrannus; XXXVIII 26, 8: iam p. se turbatis si legionum signa ostendisset; XL 4, 1: crudelitatem foedam p. se, foediorem ... clades fecit XL 5, 3: cum se ne ad id quidem ... satis p. se validum crederet; § 14: his p. se aegra mens senis stimulabatur; XLII 61, 3: haec p. se ampla laetaque multiplicata verbis regis; XLV 13, 7: si quid p. se boni commodique evenisset; 25, 6: haec Rhodum nuntiata, quae p. se tristia fuissent, in gaudium verterunt. —

2) Hic ii loci mihi afferendi sunt, quibus „per" instrumentale **rerum vocabulis** praepositum est, ac primum

a) ii, ubi **substantiva** a praepositione pendent.

I 9, 13: turbato p. **metum** ludicro, maesti parentes virginum profugiunt, ... deumque invocantes, cuius ad sollemne ludosque p. **fas ac fidem** decepti venissent; 47, 10: non interregno inito ... non comitiis habitis, non p. **suffragium** populi', non auctoribus patribus ... regnum occupasse; II 56, 3: quae (res) patriciis omnem potestatem p. clientium suffragia creandi quos vellent tribunos auferret; — I 49, 9: perque eas **nuptias** multos sibi cognatos amicosque eius conciliat. —

II 3, 1: p. **dolum ac proditionem** libertas amissa est; III 69, 4: alios consules aut p. proditionem dignitatis patrum plebi adulatos aut acerbe tuendo iura ordinis asperiorem domando multitudinem fecisse; XXXI 16, 4: Aenum ... postremo p. proditionem Callimedis ... cepit. —

II 42, 10: numinis ... nunc extis nunc p. **aves** (d. Augurn) consulti (ubi cf. Weissenb.); — III 26, 2: per **expeditiones** parvas, plerumque nocturnis incursionibus tantam vastitatem in Sabino agro reddidit; III 35, 9: deiectisque honore p. **coitionem** duobus Quinctiis („durch einen Compromisz" Weissenb.); 65, 8: cum et p. coitiones (geheime Verbindungen) potentiorum iniuria fieret; VII 32, 12: non factionibus [modo] nec p. coitiones usitatas nobilibus, sed hac dextra mihi tres consulatus summamque laudem peperi (cf. Madv. emend.[2] p. 181 not. 1.).

III 53, 4: concisse milites aut plebem ad repetendam per **secessionem** libertatem.

III 62, 1: sibi ultro p. **contumelias** hostem insultare; 65, 6: urbano otio foris quoque omnia tranquilla esse adfirmantes, p. **discordias** civilis externos tollere animos.

IV 4, 7: quam (nobilitatem) plerique oriundi ex Albanis et Sabinis non genere nec sanguine, sed p. **cooptationem** in patres habetis (ubi v. Weissenb.); 6, 8: p. haec **consilia** eo deducta est res, ut ...; 9, 5: adiuvabant eum optumatium studia, p. quae in domum quoque puellae certamen partium penetravit; 11, 6: qui, p. minime populare **ministerium,** agro adsignando sociis ... cum plebem offendissent; 13, 2: frumento namque ex Etruria privata pecunia per hospitum clientiumque ministeria coempto; 40, 4: tribunis plebi ... occasio visa est p. recens **odium** Semproni consulis renovandae in eos invidiae; 48, 6: proavum ... ostendisse patribus viam unam dissolvendae tribuniciae potestatis p. collegarum **intercessionem;** 49, 6: p. intercessionem collegarum .. discussum est; V 2, 14: auctorem ... fuisse .. p. collegarum intercessionem tribuniciae potestatis dissolvendae; — IV 48, 9: haud gravate adclinaturos se ad **causam** senatus, p. quam cum universo ordini tum primoribus se patrum concilient; 49, 5: p. **obsidionem** levemque unam pugnam et oppidum et fines amisere; 51, 3: summa moderatione ac lenitate p. paucorum **supplicium** ... transacta re; V 5, 7: nec ipsi p. **intermissiones** has intervallaque lentiorem spem nostram facimus; 15, 5: iam p. **longinquitatem** belli commercio sermonum facto; 43, 4: omissa itaque spe p. **vim atque arma** subeundi obsidionem parant; — VI 3, 3: p. **pactionem** urbe hostibus tradita; IX 11, 4: recipiant arma, quae p. pactio-

nem tradiderunt; § 9: ut quidem tu, quod petisti p. pactionem, habeas ...; VI 3, 10: quia non vi captum (sc. oppidum), sed traditum p. **condiciones** fuerat; XXV 25, 1: quibus nulla erat p. condiciones veniae spes; — VI 9, 12: quod p. **deditionem** acceptum iam totum Etrusci habebant. Idem dicendi genus his quoque locis invenitur: VI 29, 7: id (Praeneste) non vi, sed p. deditionem receptum est; VII 31, 7: si agrum urbemque p. d. factam populi Romani oppugnarent; VIII 2, 13: qui non foedere, sed p. d. in fidem venissent; XXVI 25, 15: Iamphoryna p. d. recepta; 26, 3: recepta urbs p. d., XXXII 13, 12: Acharras p. d. receperunt; XL 16, 6: si p. d. Ligures recipiat (cf. Weissenb. ad h. l. et Madv. emend.[2] p. 571 sq.) XLV 26, 10: Tecmonem ipso interfecto p. d. recepit. —

VI 42, 9: p. ingentia **certamina** dictator senatusque victus; IX 22, 11: p. equestre certamen temptatis viribus; XXVIII 14, 1: ubi satis temptatae p. haec levia certamina vires sunt; XXXVII 18, 5: p. levia certamina expertus.

VII 13, 5: quam p. **pavorem** amiserant, patriam ... virtute recuperavere; 20, 1: qui p. **populationem** Romanos lacessierant; VII 30, 17: vos potius, Romani, beneficio vestro occupate eam, quam illos habere p. **maleficium** sinatis; IX 3, 10: cum potentissimo populo p. ingens **beneficium** perpetuam firmare pacem. — VII 37, 3: omniaque ea ingenti alacritate p. **clamorem** militarem, indicem omnium adsensus, gerebantur; XXIII 46, 2: Nolanis etiam p. cl., favoris indicem, accendentibus ardorem pugnae. — VII 38, 5: inibanturque consilia in hibernis eodem **scelere** adimendae Campanis Capuae, p. quod illi eam antiquis cultoribus ademissent; VIII 13, 16: materia crescendi p. summam **gloriam** suppeditat; — IX 5, 2: non ... foedere pax Caudina, sed p. **sponsionem** facta est; 26, 2: quaestio p. clara **nomina** reorum viguit; X 4, 7: vici p. **vastationem** agrorum deusti; 26, 2: consulis p. tot **collegia** experti.

XXI 2, 4: conciliandis p. **amicitiam** principum novis gentibus; 7, 5: **vineas** agere instituit, p. quas aries moenibus admoveri posset; 59, 10: Hannibali p. **insidias** intercepti duo quaestores Romani ... traduntur; XXII 18, 9: extracta prope aestate p. **ludificationem** hostis; 25, 12: cum hostem verbis extolleret bienniique clades per **temeritatem** atque inscientiam

ducum acceptas referret; 34, 3: p. **invidiam** eorum favorem candidato suo conciliabat (ubi v. Weissenb.); 60, 21: gloriae illorum p. **virtutem** partae; § 27: qui ... p. summam virtutem se patriae restituerunt; XXIII 1, 3: familiae p. **gratiam** Romanorum potentis; 2, 7: non enim per defectionem ad tollendum ex civitate senatum plebem spectare, sed p. **caedem** senatus vacuam rem publicam tradere Hannibali ac Poenis velle; XXXII 26, 8: Setia p. caedem .. capta; XXV 15, 5: vocati saepe ad transitionem ab hostibus per **conloquia** erant. Eadem locutio mihi occurrit XXV 28, 2: explorata prius p. conloquia voluntate eorum; 33, 3: p. occulta c. paciscitur magna mercede cum Celtiberorum principibus; XXVI 12, 4: inde p. c. intellexerunt relictos se desertosque .. esse; 24, 1: temptatis prius p. secreta c. principum animis; XXXVI 25, 5; XXXVII 9, 11; 17, 4; XXXVIII 9, 7 (ubi v. Weissenb.); XL 12, 4. — XXV 25, 3: cum longo sermone habito dilatus p. **frustrationem** esset; XXVI 3, 11: id cum p. **litteras** miserabiliter pro fratris capite scriptas petisset Fulvius; 40, 17: p. **latrocinia** ac **rapinam** tolerantes vitam; XXVIII 12, 8; XXVI 19, 4: pleraque apud multitudinem aut [ut] p. nocturnas visas **species** aut velut divinitus mente monita agens; 41, 18: iidem auguriis auspicisque et p. nocturnos etiam **visus** omnia laeta ac prospera portendunt; — XXIX 19, 4: plus prope p. **seditionem** militum quam bello amissum (ubi v. Weissenb.); 34, 1: alio equitatu p. novum **dilectum** comparato; § 4: egit, ut p. **conquisitionem** numerum equitum augeret[53]); — XXIX 9, 12: quae antea p. **lubidinem** atque avaritiam foeda exempla-ediderat; XXXI 43, 4: duabus p. opportunas **expeditiones** coërcitis gentibus; XXXII 31, 3: omissa enim spe p. unam **dimicationem** rei decernendae; — XXXIV 3, 1: recensete ... muliebria **iura**, quibus licentiam earum adligaverint maiores nostri, p. quaeque subiecerint viris[54]); 57, 8: repeti reddique **p. conventionem**

[53]) Verba „egit — conquisitionem" in codice Puteaneo desunt; v. Weissenb. ad h. l. et Drakenb.

[54]) Cum ceteri omnes editores codicis Bambergensis scripturam: per q̄' id est „per quaeque" comprobarint, Madvigius (in ed. vol. III (1) 1863 praef. XXIV et in emend.[2] p. 495) secutus Ussingii coniecturam scribit: „per quae eas subiecerint viris" et haec duo pro-

res; 61, 3: instruit etiam secretis **notis**, p. quas haud dubie agnoscerent tua mandata esse; XXXV 7, 4: aeris alieni p. hanc **fraudem** contracti; 12, 9: conscientia violatae p. sociorum **iniurias** Romanae amicitiae; XXXVI 43, 2: Polyxenides certior p. dispositas speculatorias **naves** factus; XXXVII 5, 4: ne tamen segnia aestiva essent et Aetoli non impetratam pacem ab senatu nihilo minus p. suam **cunctationem** haberent; 7, 5: levari p. multos **casus** tempore interposito praesentis clades posse; XLV 6, 1; — XXXVII 7, 11: p. dispositos **equos** (Relaispferde) .. Pellam pervenit; XXXVIII 3, 7: ut p. **auctoritatem** earum civitatium suae preces .. faciliorem **aditum** ad senatum haberent; 25, 16: p. **fidem** violati colloquii poenas morte luerunt (cf. I 9, 13); 59, 9: quod ex bonis redigi non possit, ex corpore et tergo p. **vexationem** et contumelias L. Scipionis petituros inimicos; XL 21, 11: ut p. omne **obsequium** insinuaret se in ... familiarem usum; 29, 5: p. **tabem** tot annorum omnibus absumptis; XLI 8, 11; in civitatem Romanam p. **migrationem et censum** transibant; XLII 19, 1: quia p. **recognitionem** Postumi consulis magna pars agri .. recuperata in publicum erat; 47, 1: decepto p. **indutias** et **spem** pacis rege (cf. Weissenb. et XL 25, 7); 47, 5: non p. **insidias** et nocturna proelia .. bella maiores gessisse; XLIV 22, 10: suum imperium minui p. **vanitatem** populi (ubi v. Weissenb.); XLV 25, 12: se ipsa p. **defectionem** liberarent (cf. XXIII 2, 7); VI 29, 2: nobis que p. vestrum **numen** deceptis.

---

ponit argumenta. Primum non recte dici „per quaeque" pro: „et per quae", deinde vocabulum „licentiam" prave referri ad verba „subiecerint viris". Sed quod ad primam illam causam attinet, hic ego Madvigio assentiendum non esse censeo: nam confirmatur illud: „per quaeque" loco, quem iam supra in prooemio (p. 8) attuli: XXIV 24, 8 (: singula deinde, quae per quosque agerentur ... ante oculos posuit), ubi nemo adhuc editor haesitavit. Alteram autem, quam affert vir doctissimus, causam non improbo — quamquam illam dicendi licentiam cum Weissenbornio defendi posse confiteor — et cum Ussingio ante „subiecerint" inserens „eas" scribi velim: „per quaeque eas subiecerint viris." Sic enim facili mutatione verbum „subiecerint" suum habet obiectum, ad quod in insequenti enuntiato bene sese applicat „constrictas". Denique dura coniunctio in anaphorae quasi modum facta: „quibus" ... „p. quae", quae nusquam alibi apud Liv. mihi occurrit, ita commode vitatur. Ceterum conferas Weissenb. ad h. l.

b) Huc ii quoque pertinent loci, quibus praepositio cum **adiectivis et pronominibus** neutrius generis coniuncta est.

II 32, 7: eam (concordiam) p. **aequa**, p. **iniqua** reconciliandum civitati esse („durch jedes Zugeständniss, um jeden Preis“ Weissenb.). — Hoc est solum exemplum, nisi erro, huius dicendi generis apud Livium, quod omnino raro a scriptoribus usurpatum videtur esse. Contra crebriores sunt loci, quibus a praepositione „per“ pendent pronomina **haec** et **quae**. Ceterum elocutio „p. haec[55]), quam eundem sensum, atque „propterea“ apud posteriores demum scriptores habere grammatici et interpretes contendunt, apud Livium haud multum ab illa significatione abhorrere mihi videtur, id quod ex locis, qui sequuntur, satis apparebit; III 68, 3: communis res p. haec loco est peiore; XXVI 25, 15: p. haec incitatis animis; XXXII 5, 6: cum Achaeis quidem p. haec societatem firmabat; XXXVIII 34, 9: p. haec velut enervata civitas Lacedaemoniorum diu Achaeis obnoxia fuit; XL 12, 18: Macedonum indicia ac ... consensum conlegit, p. quae omnia se mihi parem in certamine non futurum crediderit (ubi cf. Weissenb. et Madv. emend.[2] p. 567 sq.); XLIV 1, 11: favere enim pietati fideique deos, p. quae populus Romanus ad tantum fastigii venerit. —

3) Hic eos proferre locos mihi liceat, quibus praepositio „per“ a verbo: „**licendi**“ dependens sensu posita est instrumentali. Ea quoque notione usurpata praepositio non solum cum rerum vocabulis, quae per se huc pertinent, sed etiam cum personarum nominibus connexa est, quare omnes locos in uno conspectu ponere hic non dubito. Ceterum vis, quae talibus locis praepositione continetur, recte ita explicata est a Draegero (in synt. hist. l. c.): „per me licet heiszt: durch mich wird es nicht gehindert, wird es gestattet“. Cf. Hensell. p. 41.

a) XXI 24, 4: hospitem enim se Galliae non hostem advenisse, nec stricturum ante gladium, si per Gallos liceat, quam in Italiam venisset; XXVI 26, 6: tantum abesse, ut p. se non liceat palam Romae crimina edita, ficta ab inimicis, vulgare; XXIX 6, 3: quantum p. duces licebat, excursiones in hostium

---

[55]) cf. Hand. Turs. IV p. 445, 11.

agros facere; XXXII 8, 10: vereri dixerunt, ne id praestare ei p. Antiochum regem ultra non liceret (ubi v. Weissenb.).

Huc addo duos locos, ubi praepositio, etsi non ab licendi verbo, sed ab aliis dependeat, tamen eadem fere significatione esse mihi videtur: IV 56, 13: interim patricii soluti legum magistratuumque vi atque verecundia p. se potestatemque tribuniciam agerent[56]); XXII 21, 1: quietum inde fore videbatur reliquom aetatis tempus, fuissetque per Poenum hostem. Cf. Weissenb. et Woelfflin. ad h. l. (cf. XLIV 37, 4).

b) III 41, 1: si in senatu p. **factionem** non liceat; IV 9, 2: frui namque pace ... p. intestina arma non licuit; 54, 5: quod tam diu vellent et per **leges** liceret; X 39, 8: sibi in animo esse postero die, si p. **auspicia** liceret, confligere cum hoste; XXI 18, 7: vobiscum una disceptatio est, licueritne p. **foedus** fieri (ubi cf. Weissenb.); XXXII 7, 11: honorem, quem sibi capere p. **leges** liceret, peteret.

4) Iam digerendos constitui eos locos, quibus vocula „per" pendens a verbis „**posse**" et „**nequire**" vocabulis rerum praeposita est.

II 23, 12: nec agi quicquam p. **infrequentiam** poterat senatus; III 6, 9: munus vigiliarum, qui p. **aetatem** ac valetudinem poterant, p. se ipsi obibant; 42, 6: qui p. aetatem arma ferre possent; 52, 3: nullo, qui p. aetatem ire posset, retractante; IV 43, 6: neque posset p. **intercessiones** tribunicias senatus consultum fieri; VI 37, 7: lege obtinendum esse, quod comitiis p. **gratiam** nequeat; VIII 12, 2: quia ipse p. **valetudinem** id bellum exequi nequierat; X 25, 17: donec vel ipse, si p. **commodum** rei publicae posset, Romam venisset (v. Kuehnast. p. 365); XXII 57, 1: quantum p. commodum rei publicae fieri posset; XXXI 11, 2; XXXVII 50, 6; XLI 16, 5: cum primum p. **auspicia** posset; XLIV 17, 8: quod p. **religiones** posset.

5) Agendum est hoc loco de dictione quae est **stat per aliquem** id est: „es liegt an Jemand", quam ad locutionem apud Livium tres particulae coniunctivum postulantes sese ap-

---

[56]) Fortasse cum Madvigio (emend.[2] p. 127 sq.) legendum est: „interim patricii soluti legum magistratuumque verecundia p. se quoque et tribuniciam potestatem agerent." Conf. etiam Weissenb. ad h. l.

plicant: quin, quominus, ne. Quarum constructionum discrimen Weissenbornius ad II 31, 11 recte exponit, cum dicit: „es kann, wenn der Begriff negirt wird, durch quin die negative Folge angeknüpft werden, während quominus die negative Wirkung und ne, wenn der Hauptsatz keine Negation enthält, die Absicht, etwas nicht zu Stande kommen zu laszen, bezeichnet. Cf. Reisig: Vorles. p. 572 not. 490.

II 31, 11: quoniam p. eum non stetisset, **quin** praestaretur: VI 33, 2: postquam utrisque apparuit nihil p. alteros stare **quo minus** incepta persequerentur; VIII 2, 2; IX 14, 1; XXIV 17, 7; XXXIX 47, 5; XLIV 14, 12; 19, 14: nuntiare, ni absistatur bello, per utrum stetisset (sc. quo minus absistatur); III 61, 2: ostenderent prioribus proeliis per duces, non per milites stetisse, **ne** vincerent; XLV 23, 6: ne praestaremus, per vos stetit. — Huc quoque spectat hic locus: IX 5, 3: per quem populum **fiat**, quo minus legibus dictis stetur (ubi v. Weissenb.).

6) Reliquum est, ut afferam locos continentes verbum aliquod **iurandi** vel **orandi** vel **obtestandi**, ex quo praepositio per dependet. Cuius vim et notionem in talibus enuntiatis instrumentalem, non causalem — id quod antea grammatici quidam voluerunt — percipiendam esse cum Handius (Turs. IV. p. 440, 5), tum maxime Pottius (l. c. p. 470) aliique viri docti ostenderunt. Quod autem ad usum huius dicendi generis apud Livium attinet, iam supra in prooemio p. 9 nonnulla protuli, quae ad collocationem praepositionis in talibus enuntiatis spectant. Ad ea hoc tantum adiciendum est: primum usum Livianum a ceteris scriptoribus non esse diversum, deinde duobus locis (XXIII 9, 2 et 3) ea, per quae iuratur, relativo enuntiato exprimi, denique verbum orandi semel (XXIX 18, 9) supplendum esse. . I 59, 1: p. hunc, inquit, castissimum ante regiam iniuriam sanguinem iuro, vosque, dii, testes facio, me .. exacturum; II 46, 5: adeo ignavissimos hostis magis timetis, quam Iovem Martemque, per quos iurastis?; ibid. § 7: dii impetrabunt, per quos iuravere; III 40, 2: oratio ... orantis p. sui fratris parentisque eius manes, ut ... meminissent; XXI 10, 2: p. deos foederum arbitros ac testes senatum obtestans, ne Romanum cum Saguntino suscitarent bellum; XXIII 9, 2: per ego te,

inquit, fili, quaecunque iura liberos iungent parentibus, precor quaesoque, ne ...; ibid. § 3: paucae horae erant, intra quas iurantes p. quidquid deorum est, dextrae dextras iungentes, fidem obstrinximus; XXIV 26, 3: ad ea addidit preces, nunc per memoriam Hieronis patris Gelonisque fratris, ne se innoxiam invidia Hieronymi conflagrare sinerent[57]); XXVI 48, 12: stare hinc legionarios milites ... per omnis deos paratos iurare ...; XXVIII 22, 9: illos se p. deos superos inferosque orare, ut ...; XXIX 18, 9: per vos fidemque vestram (sc. oro) ...; XXX 12, 13: precor quaesoque p. maiestatem regiam ... per gentis Numidarum nomen ..., per huiusce regiae deos, ... hanc veniam supplici des; XL 9, 7: per te patriumque nomen ... ita me audias, precor.

§ 2.

„Per“ notione modali positum[58]).

Modalem praepositionis „per“ significationem ex locali derivandam esse, vel ex iis, quae in universum de translato praepositionis sensu in exordio huius capitis adnotavi, apparet et laudo Hensellium, quod Draegeri sententiam: praepositione sensu illo posita significari temporis spatium alicuius status, intra quem quid accidat, non probandam iudicavit. Ac recte admonet Hensellius modalem vim in praepositione non per se inesse, sed rationem habendam esse compositionis. Denotat autem praepositio hic quoque viam, quam actio percurrit, ut ad finem perveniat. Itaque enuntiatum: „per literas senatum consuluit“ per se est interpretandum: „durch den Brief hin erstreckte sich die Frage an den Senat“, tum autem „per literas“ exprimit

[57]) Hunc locum corruptum esse vel inde apparet, quod vocabulo „nunc“ alterum „nunc“ non respondet. Alii aliter et interdum nimis, ut mihi quidem videtur, subtiliter (v. Weissenb. ad h. l.) locum emendare aut explicare studuerunt. Mihi quidem maxime arridet sententia Madvigii (in ed. vol II (1)² 1872 praef. XXVI) Livium fortasse scripsisse: „nunc per deos nunc per memoriam“, librarii autem oculum a priore „nunc“ ad alterum aberrasse. Praepositio autem ex verbis pendet: „addidit preces“, quae idem fere valent, ac: „precata insuper est.“ —

[58]) cf. Hand. Turs. IV p. 443 sq.

modum rationemque agendi et explicandum est: „auf schriftlichem Wege, schriftlich, brieflich“ befragte er den Senat.“ Ex eodem exemplo etiam intelligi potest ad modalem praepositionis vim et notionem tam prope accedere instrumentalem, ut haud raro in exemplis difficile decerni possit, utra significatio loco tribuenda sit. Atque Livius, de quo hic agitur, praepositionem tali sensu persaepe ponit et nonnullas locutiones e. g. „per occasionem“ usurpasse primus videtur; ceterum de permutatione praepositionis cum nudo ablativo quem vocant modalem iam supra verba feci.

Ad ipsam materiam amplam atque variam nunc accedo et affero

1) eos locos, qui **abstracta nomina** ex praepositione „per“ pendentia continent:

I 55, 6: quae visa species haud p. **ambages** arcem eam imperii caputque rerum fore portendebat (p. amb. = rätselhaft, sinnbildlich); 56, 9: tulisse donum Apollini dicitur p. a. effigiem ingenii sui; II 12, 12: nisi expromeret propere, quas insidiarum sibi minas p. a. iaceret; V 15, 5: quisnam is esset, qui p. a. de lacu Albano iaceret (cf. I 54, 8: tacitis ambagibus.). — I 49, 5: cognitiones capitalium rerum ... per se solus exercebat, perque eam **causam** [59]) (unter diesem Vorwande) occidere, in exsilium agere ... poterat; II 32, 1; XXII 61, 8; XLIV 16, 6: subtrahere sese p. alias atque alias causas, ne interesset is, quae non probabat, coepit; 44, 8: p. hanc causam Thracibus ablegatis. — XXXVIII 14, 14: et paulatim illiberali adiectione nunc p. **cavillationem** (unter Ausflüchten) nunc precibus et simulatis lacrimis ad centum talenta est perductus; — XXX 29, 3: percunctatus, satin p. **commodum** [60]) omnia explorassent;

[59]) Hoc dicendi genus duas habet significationes: primum denotat eam causam, qua quis ad agendum commovetur, deinde de praetextu ac de simulatione usurpatur, quae quidem notio respondens Graecae locutioni *κατὰ πρόφασιν*, a Livio sola, quoad video, usurpata est. Cf. Hand. Turs. IV. p. 446, 14.

[60]) Locutio „p. commodum“ ad verbum referenda eundem sensum habet atque adverbium „commode“, (bequem, mit Vortheil) id quod hoc loco in compluribus codd. legitur; contra „p. commodum“ adiecto genetivo „reipublicae“ a nobis verti potest: „ohne Beeinträchtigung d. St.“ cf. Kuehnast p. 365 et supra cap. III. § 1, 4.

XLII 18, 3: classem appellere tuto et copias p. commodum exponere; — XXI 63, 4: res p. summam **contentionem** acta invidiam apud nobilitatem suasori legis Flaminio ... peperit (ubi v. Fabri). — III 64, 2: consensum patrum causabantur, quo p. **contumeliam** consulum iura tribunorum plebis labefactata essent; 66, 5; — XXVI 13, 5: iam quemadmodum in defectione praesidium ... p. **cruciatum** et ad contumeliam necarimus? — XXIV 35, 4: venisse tempus ... Siciliae p. summum **decus** repetendae; XXXIV 58, 5: quae Seleucus proavus ... p. summum decus parta reliquerit; III 42, 2: qui ... vinci se p. suum atque illorum **dedecus** patiebantur; V 5, 1: cum his molliter et **p. dilationes** bellum geri oportet? — XXIV 3, 8: arx ... ab Dionysio Siciliae tyranno p. **dolum** fuerat capta; (cf. XXXIX 8, 8 dolo); — XXVII 16, 6: Bruttii quoque multi interfecti, seu p. **errorem**, seu vetere in eos insito odio, seu ad proditionis famam; XXXI 14, 8; XXXVI 41, 1; — XLIV 44, 4: ab subornato ab se **p. fallaciam** in tabellarii speciem literas in foro medio accepit; — XXIV 37, 1: praesidia Romana aut pellebantur arcibus aut prodita **p. fraudem** opprimebantur; XXXIII 29, 3; XXXIV 32, 4; XXXVI 31, 10; XXXIX 47, 2: de iure aut dicto **p. libidinem** aut non dicto, de rebus p. vim aut **p. gratiam** iudicatis; II 38, 2: hodiernam hanc contumeliam quo tandem animo fertis, qua p. nostram **ignominiam** ludos commisere? X 35, 14: etiamne circumsedebimur, inquit, in castris, ut fame potius per ignominiam quam ferro, si necesse est, p. virtutem moriamur? — IV 51, 5: quo facto minuissent desiderium agrariae legis, quae possesso p. **iniuriam** agro publico patres pellebat; XXIII 6, 1; XLII 24, 9; 50, 10; — XXXIX 10, 1: p. **iocum** adulescens vetat eam mirari; — I 11, 5: nihil enim **p. iram** aut cupiditatem actum est (ubi v. Weissenb.); — II 18, 2: cum p. ludos ab Sabinorum iuventute **p. lasciviam** scorta raperentur; XXIV 16, 14: milites praedam portantes agentesque p. lasciviam ac iocum ita ludibundi Beneventum rediere; XXXIX 42, 9: p. l. cum cavillaretur; — XXV 21, 5: instruitur ... acies ad libidinem militum forte procurrentium ... deinde **p. libidinem** aut metum deserentium locum; (XXXIX 47, 2). — I 48, 2: satis illum diu **p. licentiam** eludentem insultasse dominis; —

IX 3, 4: universi Herennium Pontium ... **p. litteras** consullendum censent; X 25, 13; XXVII 12, 2; XXVIII 9, 4; XL 16, 5; 38, 2; — XXIV 4, 2: ne sub dominatu puerili p. **ludibrium** bonis artibus partum firmatumque interiret; 6, 4: p. l. auditi dimissique sunt ab quaerente p. iocum Hieronymo; — I 5, 2: instituisse, ut nudi iuvenes **p. lusum** atque lasciviam currerent; — praef. 12: desiderium **p. luxum** atque libidinem pereundi perdendique invexere (cf. Woelfflin. Liv. Krit. p. 18); — I 5, 5: sed rem immaturam nisi aut **per occasionem** aut p. necessitatem aperiri noluerat (ubi cf. M. Müller in ed. Teubn. 1875.)

Locutio „per occasionem", quam ante Livium in latinitate nondum extare iam admonui, apud Livium viginti quattuor, ni fallor, locis legenti occurrit ac plerumque absolute vel in adverbii modum posita eodem sensu dicitur, atque „occasione data", quod nos reddimus verbis: „bei Gelegenheit, gelegentlich"; tribus autem locis (VI 41, 3; XXI 8, 7; XXIII 2, 3) ex verbis „p. occasionem" pendet genetivus, uno (II 37, 6) pronomen „idem" vocabulo „occasio" adiectum est. Nec solum singularis numerus eius vocabuli cum praepositione „per" compositi ab Livio ita usurpatur, sed etiam pluralis quattuor locis, (II 11, 2; XXXII 15, 9; XXXIV 13, 2; XXXIX 25, 6) quibus eum sententiarum nexus exigere videtur (cf. Drakenborch. ad II 11, 2 et XXXI 48, 2). Ceterum Livius etiam „ex occasione" (XXIV 3, 17) eodem sensu ponit. Loci, quorum nonnullos ad verbum afferre satis habeo, sunt hi: I 11, 1: exercitus p. o. ac solitudinem hostiliter in fines Romanos incursionem facit (ubi v. M. Müller); 53, 7: p. o. eum incautos invasurum; II 11, 2: ut praedatum milites trans flumen p. occasiones aliis atque aliis locis traicerent; 37, 6: memini, quid p. eandem o ... commissum sit; III 49, 1; V 26, 9; VI 41, 3: quis est hodie in civitate tam humilis, cui non via ad consulatum facilior p. istius legis occasionem, quam nobis ac liberis nostris fiat? VII 7, 1; XXI 8, 7: quales (sc. pugnae) in oppugnationibus urbium p. o. partis alterius conseri solent; 35, 10; XXII 15, 6; XXIII 2, 3; XXIV 19, 10; XXV 24, 10; 38, 12; XXX 3, 10; 4, 8; XXXI 46, 8; 48, 2; XXXII 15, 9; XXXIII 38, 6; 39, 5; XXXIV 13, 2; 17, 5; XXXVII 26, 4; 31, 2; XXXIX 25, 6.

[XXII 22, 18: cetera omnia de reddendis obsidibus, sicut cum Bostare constitutum erat, acta p. eundem ordinem[61]), quo si Carthaginiensium nomine sic ageretur;] II 39, 11: si praeda belli p. otium frui velint; IV 58, 12: ne domi p. o. memor libertatis coloniarumque aut agri publici aut suffragii libere ferendi consilia agitent (cf. Weissenb. ad h. l. et Madv. emend.[2] p. 130 sq.); VI 27, 7; XXI 28, 4; 55, 1; 33, 10; XXVII 2, 9; 46, 11; XXVIII 42, 5; XXXV 51, 3; XLIV 38, 10. — XXIII 44, 3: hoc conloquium abstulit spem Hannibali p. proditionem recipiendae Nolae; XXIV 30, 10: spe territis omnibus p. proditionem urbis potiundae; XXV 1, 1; XXVII 1, 1; XXVIII 30, 4 (ubi v. Weissenb. et Drakenb.). — [XLV 39, 16: ego ter et viciens cum hoste p. provocationem[62]) pugnavi.] — XXVIII 28, 2: interfectis p. scelus principibus; 32, 5; XXXI

---

[61]) Codex Puteaneus praebet: „per eundem ordine", in ceteris autem omnibus libris manu scriptis legitur: „p. eundem ordinem", quod editores in textum receperunt. Sed dubium est, num illa lectio recta sit, cum id dicendi genus nusquam apud Livium inveniatur, qui sensu huc quadranti (der Reihe nach, vom Ersten bis zum Letzten) nudum potius ablativum usurpare solet, id quod ex locis ab Heerwagenio ad h. l. allatis intellegitur. Quare hic vir doctus ita disputat: si „ordine" teneatur, propter insequens pronomen relativum „quo" post vocabulum „eundem" pronomen „eodem" inserendum esse, ita ut scribatur: „p. eundem (sc. Abelucem) eodem ordine, quo ..."; sed quia linea ad literam m significandam (ordinē) vel optimis in codd. Livianis partim superscripta sit partim omissa, potius vulgatam lectionem servandam esse (p. eundem ordinem, quo ...). Sed illud: „p. eundem eodem ordine, quo ...", propter durum verborum sonum mihi displicet et, ut paucis dicam, scribendum esse ego iudico aut: „cetera omnia ... acta p. eundem (sc. Abelucem) eo ordine, quo si ..." aut: „cetera ... p. eundem ordine, quasi ... ageretur."

[62]) Codicis scriptura est: „per provocatio", quam Grynaeus mutavit in „per provocationem", quod nunc vulgo in editionibus legitur. Madvigius autem in emend.[2] p. 749 locum scribendum esse censet: „cum hoste provocanti pugnavi" atque id ex hisce causis: primum non pugnari per provocationem, sed ex provocatione, deinde illam locutionem codicis testimonio redargui. Hoc alterum argumentum nullius momenti esse mihi vidètur, cum „p. provocatio" non minus facile ex „per provocationem" oriri potuerit, quam „per" ex „pro"(-vocatio); Illud autem prius Latine dici „pugnare ex provocatione" verum est. Quare cum Madvigio scribendum est: „cum hoste provocanti", aut cum Hertzio: „provocato".

31, 6; XXXIX 51, 11; XLII 18, 1: quippe quem non iustum modo apparare bellum regio animo, sed p. omnia clandestina grassari scelera latrociniorum ac veneficiorum cernebant (ubi v. Weissenb.); — XXIII 41, 11: **per simulationem** provinciae circumeundae Messanam raptim exercitu ducto (cf. Kuehnast. p. 384); XXXVII 10, 10: p. s. reficiendi quasdam naves.

I 3, 11: fratris filiae Reae Silviae **per speciem**[63]) honoris, cum Vestalem eam legisset, perpetua virginitate spem partus adimit; 27, 2: suis p. speciem societatis proditionem reservat; 41, 6: p. sp. alienae fungendae vicis; VII 39, 2; VIII 3, 2; 22, 3; IX 30, 8; XXIV 12, 4; 23, 11; 47, 12; XXV 7, 11; 8, 4; XXXIII 14, 2; XXXV 39, 6; XXXVIII 16, 6; XXXIX 35, 4; XL 13, 8; 25, 2; XLII 52, 8; XLIII 22, 7; XLIV 19, 8; 24, 7; 37, 12; XLV 31, 7; — XXVIII 42, 22: non quos regio more p. **superbiam** consules, quo terrarum velint, traiciant (ubi v. Weissenb.). — XXXV 17, 8: p. similem **temptationem** (a) Romanis de duabus civitatibus agi (ubi v. Weissenb.). — VI 31, 6: populatio itaque non illi vagae similis, quam Volscus ... p. **trepidationem** raptim fecerat; XXIII 20, 10; — XXIII 3, 2: non p. **tumultum** expugnantes; XXXIV 51, 5: gentis nec comitia nec conventum ... non p. seditionem ac tumultum, iam inde a principio ad nostram usque aetatem traducentis; — XLV 31, 7: qui se propalam p. **vanitatem** iactassent tamquam hospites et amicos Persei; — I 57, 10: libido Lucretiae p. **rim** stuprandae; IX 22, 11: Saticula Romanus p. deditionem, Plistica p. vim Samnis potitur; XXVI 24, 5: urbibus, quas p. vim ademissent Aetolis; XXXIV 32, 2; XXXVI 3, 11; XXXVIII 24, 10; XXXIX 8, 8; 10, 7; 24, 6; 47, 2. —

2) Haud raro Tacitus, cum loquitur de rebus militaribus et quomodo copiae in acie collocatae fuerint, narrat, cum verbis „componendi et consistendi" aliisque coniungit praepositionem „per", velut in Germ. VI 18: „acies p. cuneos componitur".

---

[63]) Eodem sensu ac per speciem (unter dem Scheine, zum Scheine) Livius usurpat „specie" (I 40, 5), „sub specie" (IX 45, 5. XLIV 24, 4), „in speciem" (VI 11, 9). Plures loci huc spectantes ab Ernestio in gloss. Liv. p. 695 sq. congesti sunt. Cf. Kuehnast. p. 384.

(cf. Hęnsell. p. 46.) Ad hunc modalem praepositionis usum apud Livium demonstrandum hunc unum locum afferre possum, ubi praepositio „per" ex verbo **ordinandi** pendet: XXII 5, 7: nova de integro exorta pugna est, non illa ordinata per principes hastatosque ac triarios; (v. Weissenb. ad h. l.). —

3) Modali sensu praepositionem „per" etiam iis locis positam esse censeo, ubi locutionibus: **diem consumere** aliisque talibus iuncta est, quamquam praepositionem talibus in exemplis etiam pro instrumentali haberi posse concedo. Ceterum Livius id genus dicendi apud posteriores scriptores[64]) usitatissimum, non crebro adhibet, sed nudum ablativum praefert (e. g. XXII 45, 1; XXIV 38, 6; XXVII 3, 1; XXX 24, 4; XXXII 22, 3.). Loci, quos reperi, sunt: XXII 29, 7: ita p. variam fortunam diei maiore parte exacta; XXVII 31, 9: p. haec flagitia sollemni Nemeorum peracto; XXXI 42, 7: die p. proelium, deinde per direptionem castrorum absumpto; XL 4, 10: die per sollemnes epulas consumpto (cf. XXII 18, 9). Hic quoque affero XXXI 41, 10: cum .. alii in castris .. p. somnum vinumque dies noctibus aequarent.

4) Denique modalis vis praepositioni attribuenda est in locutionibus: **„per omnia"** et **„per haec"**. Hoc sensu coniunctam cum aliis variisque adiectivis vel pronominibus generis neutrius praepositionem prosae orationis scriptores posteriore demum aetate usurpant, poëtae autem in universum hac in re liberius se gerunt. Illud autem „per omnia" explicat Handius (in Turs. IV p. 447, 15) verbis: „in omnibus, omnino", quod nos dicimus: in allen Stücken, überhaupt", idemque doctus vir (in Turs. IV. p. 445, 11) „per haec" — quod apud scriptores aetatis argenteae eodem sensu ac „propterea" positum est — recte exponit: „his rebus ita se habentibus", quod respondet Germanicae elocutioni: „unter diesen Umständen".

Loci sunt hi: I 34, 12: p. omnia expertus (ubi v. Weissb.); X 39, 8: iam p. omnia ad dimicandum satis paratus; VIII 6, 16: p. haec ne quo errore milites caperentur, edicunt consules, ne quis extra ordinem in hostem pugnaret.

---

[64]) cf. Hensell. p. 47 sq.

§ 3.

„Per“ notione causali positum[65]).

In extrema huius dissertationis paragrapho dicendum mihi est de causali praepositionis „per“ notione atque usu apud Livium. Hanc quoque praepositionis vim ex locali ortam esse iam supra in prooemio huius capitis commemoravi et recte demonstratum est ab Hensellio (p. 49) explicante: „per amorem hoc fecit i. e. durch die Liebe hingehend, seinen Weg durch die Liebe nehmend, aus Liebe.“

Ac primum quidem praepositio hunc sensum causalem in se continens cum iis vocabulis coniungitur, quae animi affectum significant itaque eam exprimit causam, qua quis ad agendum commovetur (Motiv, Beweggrund). Deinde haec praepositionis vis ad eas quoque res transfertur, quae longinquioris remotiorisque cuiusdam causae potestatem habent (Veranlassung, aeusserer Beweggrund.) Quod autem ad usum causalem praepositionis attinet, is haud ita crebro apud scriptores invenitur, quippe qui nudum ablativum quem grammatici vocant causalem praeferre soleant. Quo accedit, quod praepositionis vis causalis saepissime cum modali congruit, ita ut dubitari possit, utra notio loco de quo agitur adscribenda sit.

Enumero nunc eos locos, ubi Livium praepositionem „per“ causali sensu adhibuisse censeo.

XXIX 1, 19: nulla alia de causa quam per **admirationem** Scipionis contemptu imperatorum aliorum orto (ubi v. Weissb.); XXXIV 31, 18: per **aequationem** fortunae ac dignitatis fore credidit, ut multi essent, qui arma pro patria ferrent; XXX 22, 5: cum ... alia alii interrogarent, nec meminisse se p. **aetatem** (etenim omnes ferme iuvenes erant) dicerent legati; III 47, 4: ultro quaerente pauca petitore, quod ius sibi pridie p. **ambitionem** (Parteilichkeit) dictum non esset; XLIII 11, 10: exercitum consulis infrequentem commeatibus vulgo datis p. a. esse (aus Ehrgeiz); 14, 7: multos ex Macedonicis legionibus incertis commeatibus p. a. imperatorum ab exercitu abesse; XLV 36, 8: iam nunc nimis saepe p. a. peccari; XLIV 26, 1: Persei p.

[65]) cf. Hand. Turs. IV p. 438 sq.